BSB Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum
Digitale Bibliothek

Leowitz, Cyprian

Eclipsivm Omnivm Ab Anno Domini 1554. Vsqve In Annvm Domini 1606. accurata descriptio & pictura ad meridianum Augustanum ita supputata, vt quibusuis alijs facilimè accommodari possit, vna cum explicatione effectuum tam generalium quàm particularium pro cuiusq[ue] genesi

Avgvstae Vindelicorvm 1556

2 A.gr.b. 955#Beibd.2
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10141197-4
VD16 ZV 9582

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

10141197



ECLIPSIVM OMNIVM AB ANNO DOMINI 1554. VSQVE IN ANNVM DOMINI 1606.

accurata descriptio & pictura, ad meridianum Augustanum ita supputata, vt quibusuis alijs facilimè accommodari possit, vna cum explicatione effectuum tam generalium quàm particularium pro cuiusq; genesi.

AVTORE CYPRIANO LEOVITIO
à Leonicia, Bohemo, Hradecensi, Illustrissimi principis Electoris Ottonis Henrici Palatini Rheni &c̃.
Mathematico.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO
Sacræ Cæsareæ Maiestatis
ad octennium.

ET CHRISTIANISSIMI REGIS
Galliarum ad decennium.

CAutum eſt Imp: Caroli Quinti ſemper Auguſti, decreto, ne quis omnino, quocunq; imperij ac dominij ſui fines patent, hoc opus Eclipſium, intra octo annos vllo pacto, coniunctim vel ſeparatim, excudat, imprimat, excudi, imprimiq; faciat, aut alibi excuſum inferat, aut aliunde allatũ vendat, diſtrahat, aut vendẽdi diſtrahendiue alijs autor ſit, vel vænũ exponere in publico vel occulto audeat, vel præſumat, ſine conſenſu & expreſſa voluntate ipſius autoris, ſub pœna quatuor Marcharum auri puri & amiſſionis librorum, vt latiſſime in eodem priuilegio continetur, cuius exemplum in Tabulis directionũ Regiomontani nuper à nobis auctis & editis, de verbo ad verbum expreſſimus.

SEQVITVR EXEMPLVM PRIVILEGII Chriſtianiſſimi Regis Galliarum.

HENRICVS ſecundus diuina fauente clementia Francorum rex. Notum facimus tenore præſentium. Quum eorũ ſtudijs, qui ſua eruditione hominũ generi aliqua in re prodeſſe cupiunt, impenſe faueamus, Et fidelis dilectus noſter Cyprianus Leouitius de Leonicia, Bohemus, nobis expoſuerit, ſe in gratiam ſtudioſorũ Aſtronomię magnis laboribus, vigilijs & exactiſſima ratione Ephemerides nouas ſupputaſſe, ac præterea alia quædã meditari, per quę ſtudio Aſtronomico non parum facilitatis accedere poſſet. Eaq; omnia cupere in lucẽ dare, Sed vereri ne alij eiuſmodi opera, poſtquã ab eo edita fuerint, temerè imitentur, ac rurſus deprauent cum magno ſtudioſorum incommodo, ipſiusq; autoris iniuria, ac impreſſoris, qui ea excudenda ſuſceperit, damno & iactura, Nobis propterea humiliter ſupplicando, vt ipſum & lucubrationes ſuas prænarratas ab huiuſmodi iniuria vindicare & priuilegio noſtro munire benignè dignaremur. NOS ITAQVE precibus ipſius benignè annuentes, tenore præſentium, autoritate noſtra regia, & ex certa ſcientia decernimus, ſtatuimus & ordinamus, ſerio inhibentes, ne quis Chalcographus, bibliopola, mercator, inſtitor aut quicunq; alius, cuiuſcunq; ſtatus aut conditionis noſter & regni noſtri ſubditus, quacunq; regni noſtri fines patent, prædictum opus Ephemeridum alioſq; libros Aſtronomicos ſeu Mathematicos ab ipſo Cypriano Leouitio conſcriptos ſeu conſcribendos, intra decem annos, à prima cuiuſlibet operis editione, ſine ipſius autoris expreſſa voluntate & beneplacito, imprimere, aut imprimi facere, aut aliunde impreſſos adportare, vendere, diſtrahere, aut vendi ſeu diſtrahi facere, neq; vænum exponere publicè vel occultè audeat vel præſumat, ſub pœna decem marcharum auri puri, nobis & præfato Cypriano Leouitio ex æquo pendenda, toties, quoties contra factum fuerit, abſq; aliqua alia noua declaratione noſtra deſuper facienda, vltra librorum ſic ad emulationem & contra hanc prohibitionem & decretum noſtrum impreſſorum ſeu imprimendorum, vendendorum aut importandorum amiſſionem, quos Cyprianus Leouitius vbicunq; locorum illos nactus fuerit, per ſe, vel ſuos, vel magiſtratus loci adiumento, vel citra id, ſibi vendicare inq; poteſtatẽ ſuam redigere poſſit & valeat, Harum vigore literarum ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datum apud Fontembletum, Die 25. menſis Iunij, Anno domini Milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſexto, Et regni noſtri decimo.

Per Regem,

Robertet

ILLVSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO DOMINO, OTHONI HENRICO, PALATINO RHENI, Sacri Romani Imperij Archidapifero & Electori, inferioris ac superioris Bauariæ Duci, Mecœnati suo Clementissimo.

SICVTI AD OMNIVM RERVM PERFECTAM ADMINISTRANDI GVBERNATIOnem & curam, bonarum artium & philosophiæ studia multum momenti et ponderis habent, in quibus magna simulq; ingens negotiorũ cognitio et experientia delitescit, Illustrissime princeps, decusq; Sac: Rom: Imp: & Germaniæ eximium. Ita Astronomiæ scientia, quæ vna & suprema est Encyclopædiæ, ad publicũ functionis & regendi munus, non solum vtilis sed valdè necessaria. Quæ, quo pacto, quibusué rationibus mutationes aliquandò rerum futuræ sint vel accidant, luculenter & manifestè demonstrat & vaticinatur, è quibus Nationũ, Regnorum, Imperiorũ, totiusq; interdum orbis quassationes & excidia, mirabili syderum motu, manifestantur. Ob id cœli orbibus, stellis, motibus, planetis, alijsq; multis signis & obseruationibus ornati, vniuersam mundi machinam continent. At Deus omnipotens cœlos & astra vicissim temperat & moderatur, & quemadmodum erga nos in hac terra et lachrymarum valle habitantes est affectus, ita quoq; sydera clarè micant & conniuent, ut in ijs, tanquã in speculo, quid futurum sit conspicere possimus, sicut Ouidius primo fastorum testatur, vbi inter cætera inquit.

Fœlices animæ, quibus hæc cognoscere primum,
Inq; Domos superas scandere cura fuit.
Credibile est illos, pariter vitijsq; iocisq;,
Altius humanis exeruisse caput.

De notitia enim rei & artis differit poëta, cum dicit cognoscere, quòd scilicet demonstrationes astrorũ non sint vanæ neque futiles, ut multi harum rerum ignari & rudes opinari hactenus consueuerint, cum experimentum & effectus operationis, multò aliter doceant, ut in tractatione de Eclipsibus apertè cernere licet. Quamuis autem hoc tempore exulceratissimo, illa cœlestis & preclara ars á multis contemnatur, qui turpiter et malè in cætu doctissimorum hominum de hac loqui audent: Mathesin in nudis saltem opinionibus, & stultis imaginationum tenebris versari, multiplicíq; errorum caligine plenam, & ad salutẽ animæ nihil pertinere, neq; pietatis esse scientiam. Qui, tanquam inimici & osores disciplinæ, impudenter blaterant, atq; mirabile opificiũ Dei spernunt. Tamen certũ est, hoc studiorũ genus, ratum, prestans, et vtilissimũ esse, propterea q; scitu dignum, auditu iucundũ, & visu admirabile à doctis & magnatibus iudicari & magni fieri debere, propter vtilitatem, cõmodum & dignitatem magnam laudem mereri. Quis enim hominum tam væcors est, qui cum intueatur cœlum, nõ in eo pulcherrima lumina admiretur? quæ varijs motibus & sphęris conficiuntur, cum humano generi ea de causa oculi à natura dati sint, ut Plato

philoſophorũ princeps ait, videlicet, ut ipſa Dei veſtigia, in natura deprehenda-
mus. Prodeſt enimuerò obſeruare temporis curſum propriis interuallorũ ſpa-
tijs definitum, quo omnia ordine fieri neceſſe, ne confuſum chaos & labyrinthus
in rerum humanarũ actionibus fiat, quod ſine ſingulari Dei prouidentia factum
nõ eſt, ut in hiſtorijs paſſim videmus, quàm diligenter & ſerie quadam parentes
noſtri metas & diſtinctiones annorũ obſeruârint. Nam tenere certam in Eccle-
ſia rationem temporum vtile eſt, quibus Deus humano generi ſe patefecit, & in-
numerabilia beneficiorum dona præſtitit, quæ tum ex ſacris hiſtorijs, tum ex
Aſtronomiæ ſcientia deprehenduntur. Cui ego à teneris vitæ meę annis ſedulò
deditus fui, ductus naturæ inſtinctu & propenſione animi, in qua adhuc ſum-
ma cum animi voluptate, ſine omni moleſtia accuratè verſor. Ac hodiè illam
partẽ Aſtronomię in manus ſumpſi, Illuſtriſsime Princeps, quæ Eclipſium rati-
onem tractat, cuius demonſtratio et virtus fundamentũ artis meritò nuncupari
poteſt, quo, iſti qui de Aſtronomiæ ſtudio frigidè ſentiunt & malignè iudicant,
erroris euidenter conuinci poſſunt. Nos qui Mathematũ ſtudijs incumbimus,
ante multos annos certò prędicere ſolemus, hoc anno, die, & hora fore Eclipſin,
& tantã partem corporis Solaris aut Lunaris obſcurari, quæ ex ipſo euentu, ve-
ritati conſentanea fuiſſe, obtrectatores ipſos cum admiratione fateri oportet.
Quum igitur prædictio Eclipſium certis ac definitis rationibus & demonſtra-
tionibus nitatur, nemo inter mortales fuerit, qui de earundem effectibus dubi-
tare poſsit. Nam ſi cauſa efficiens certa eſt, veluti apparet: quis de fine & effectu
dubitet? præſertim cum tot experimentis conſtet, ut & reliquarum artium præ-
ceptiones & noticiæ, longo temporis vſu, quaſi collectæ eſſe videntur, ut medi-
corũ facultas &c̃. Multæ inſuper & innumerabiles veterũ Hiſtoriæ perhibent,
ante aliquot Regnorum, Vrbium, Locorũ, perniciem & interitũ, calamitatesq́ꝫ
hominũ, horrẽdas Eclipſes prędeceſsiſſe. Quemadmodũ ante euerſionem Græco-
rũ, & cladem Caroli quarti Ro: Imp: vbi quatuor accidêre Eclipſes, quas ingen-
tes & permagnæ mutationes, tã in politijs quàm in Religionis ſtatu, ſubſequutę
ſunt. Sed veterum hiſtoriarum exempla recenſere deſino, & ad noſtra tempora,
quorum ego cum alijs diligẽs obſeruator fui, venio. Anno natiuitatis 1540. cum
Vratiſlauiæ eſſem, fuit Eclipſis Solis penè integra in Ariete, quæ in ipſo ortu
prorſus horribilis apparuit, quam ſtatim æſtus grauiſsimus, cũ ſiccitate magna
& annonæ caritate ſubſequebat. poſteà anno ſequente 1541. noſtri ab obſidione
Budę violenter à Turcis repulſi, et aliquot millia militum miſerè interfecta ſunt,
eodemq́ꝫ tempore plures aliæ calamitates irrepſerunt, quas hîc articulatim enu-
merare mihi non eſt propoſitum, cũ in recenti multorũ memoria verſentur. Si-
militer Anno 1544. die 24. Ianuarij, cum grauium virorum conſuetudine Lipſię
vterer, fuit Eclipſis Solis integra in Aquario, ita ut ipſo die tenebrę quaſi ſubori-
rentur, erat autẽ alioquin tempeſtas nebuloſa, quę tenebras illas augebat. eã pau
lò poſt graues & nõ exiguæ mutationes ſequutæ, ſcilicet bella in Germania ſatis
cruenta, ut taceã nõnullas regiones omninò deuaſtatas eſſe, in quibus multa mil-
lia hominum gladio, fame et peſte perierunt, aliquibus verò erepta bona, nõnul-
li principes capti & dignitatis titulo priuati, & alia plura, quorũ quiuis exactius

apud

apud ſe recordari poterit, ſi eorundem obiter inciderit mentio, cum neminẽ ferè lateant. Anno inſuper 1547. die 12. Nouembris dum Norimbergæ vitam agerem, Eclipſis Solis punct: 9½. in ſcorpione fuit, occupauitq; nonam domum cœleſtem, quam periculoſæ etiam mutationes, in Religione ſequebantur, & mors Pontificis Pauli, & alia plura, ut multi ſciunt. Poſtremò, anno 1551. die vltimo Auguſti, Eclipſis accidit Solis circiter puncta 8. in Virgine, quam ego Auguſtę Vindelicorũ, vnà cum generoſo ac magnifico viro Georgio Fuggero, Kirchbergæ ac VVeyſenhornæ Domino patrono ſtudioſorum benigno vidi, qui rerum Mathematicarum, aliarumq; liberalium artium valdè peritus: cui quoq; obſeruationi interfuit, vir omni virtutum genere ornatiſſimus, D. Ioannes Baptiſta Heinzelius, cũ Hieronymo VVolfio, homine in Græcis & Latinis doctiſſimo. Omnes autem norunt quales tempeſtates in tota ferè Europa fuere. Aliquot enim principes in acie crudeliter occubuere, plurimæq; ciuitates damnum irreparabile acceperunt, ex quibus exemplis omnibus manifeſtum eſt, quales effectus Eclipſium præſertim Solarium eſſe ſoleant. Qua de re alio in loco plura. Illuſtri autem tuę celſitudini Generoſiſſime princeps, hos mei animi conatus & ſtudiorum labores ſuppliciter nuncupandos duco, qui ſtudia mea liberaliter foues, humilimè rogans, ut eos hilari placidoq; vultu intuearis et ſuſcipias: Quos ſi I. T. C. acceptos fuiſſe intellexero, in alijs harũ rerum negotijs alacrior ero. Omnes enim cogitationes meas, omnes conatus eò deſtinaui, ut hoc ſtudiorum genus mea qualicunq; induſtria iuuem. Faxit omnipotens Deus, Illuſtriſſime princeps, ut Muſarum Theatris & Reipublicæ Germanicę, quàm diutiſſime viuas, cui non minus quàm I. T. C. congratulandum eſt, tam bono Principi decus & nomen Electoratus obtigiſſe. Firmiter enim ſperamus, illam dignitatis acceſſionem non ſolum toti Germaniæ ſaluti & gloriæ, verumetiam ſacroſanctæ Religioni Chriſtianæ promotioni & perpetuæ laudi fore. His ego me illuſtri tuæ celſitudini meaq; omnia cõmendo atq; dedo. Datum Auguſtæ Vindelicorum: in Muſæo noſtro, Anno Salutiferi partus 1556. die 27. Martij.

I. T. C.

Deditiſſimus

Cyprianus Leouitius à Leonicia.

IN TABVLAS ECLIPSIVM
CYPRIANI LEOVITII A LEONICIA
Hieronymus VVolfius.

Mathematum excellentia & difficultas.

STella vel vna Deum, quàm ſit mens prouida, monſtret,
Viribus immenſis & certo prædita motu.
Iam quantus chorus ille ſacer? quàm prodiga cœli
Siderei facies, varijs depicta figuris?
Quæ mens innumeros capiat numeroſúe modoſúe
Aut queat arcanas rerum depromere cauſas?
Heu fragili concluſa luto, grauibuſq; cathenis
Obruta, dum tolerat perituræ munia vitæ.
Olim tempus erit, cum tetro carcere rupto,
Horatij. ,, Morte carens animus, diuinæ particula auræ,
Æthereas repetens ſedes, ambage remota,
Omnia perſpiciet non tantum ſidera, verùm,
Ipſius artificem fabricæ dominumq; patremq;.
Cuius in aſpectu, ceu largo fonte bonorum
Illud ineſt, quo mens hominis nihil amplius optans,
Limite circumſcripta ſuo ſatiata quieſcet.
Interea cupidis animis oculisq; perennem
Eminus aſpectare domum ſit ſumma voluptas,
Præbeat hæc eadem miſeris ſolatia rebus,
Dum reptamus humi vario quatiente tumultu,
Omnia, more freti Boreas quod miſcet & Auſter:
Dum nihil in terris fidi certiq; tenemus:
Dum fortuna globi ritu nos cæca volutat.

Politiæ cœleſtis deſcriptio.

Non eadem ſed enim ſors eſt ſtellantis Olympi,
Mirifica ratione ſuum redeuntis in orbem,
Æterna vice ad occaſum currentis ab ortu,
Et celeri ſecum raptantis ſidera motu,
Sidera in aduerſum proprio nitentia greſſu,
Sidera quæ falſi maculat cognominis error.
Error enim rebus minimè cœleſtibus hæret,
Error ineſt animis, oculi caligine torpent,
Ni ſtudio vigilante colas, lemasq; reuellas.
Numina ſunt eadem ſemper: conſtantia cœlo,
Perpes ineſt: valeat dementis opinio vulgi,
Quæ noua monſtra ſibi per inania ſomnia fingit,
Inq; dies varians, omnes mutatur in horas.
Quale nihil ſuperum ſtabili ſpectatur in aula.
Ecce throno medius reſidet Sol aureus, inſtar,

Auguſti regis, diuinæ lucis imago,
Vndiq; vitales radios & munera ſpargens,
Lumine totius luſtrans penetralia mundi.
Hunc infra ſupraq; tenent loca certa miniſtri
Peruigiles, vltroq; ducem citroq; ſequuti,
Nunc propius ſua caſtra locant, nunc longius abſtant
Ad ducis arbitrium, de cuius numine pendent,
Et ſubiectarum tractant moderamina rerum.
Nam catus ille ſenex tam mentis acumine præſtans, ♄
Quàm tetra facie, Romana conſul in arce,
Legibus haud dubijs oracla è pectore promit.
Proximus huic vultu cum maieſtate ſereno, ♃
Iupiter, ambigua perpendens crimina lance,
Iura dat, atq; ſalutiferæ fouet ocia pacis.
Quæ ſimul ac atro turbârit felle Megæra: ♂
Protinus arma ferox Mars arripit, acer in hoſtem
Fertur, agens framea, donec demiſerit Orco.
Tum repetit ſua caſtra ſopitis mollior iris,
Quas nunquam niſi Iuſtitia mandante reſumit,
Vt quos iura minus potuere, coherceat enſis.
At tu fida comes Phœbi, Iouis alma propago, ♀
Blanda Venus, Diuumq; hominum optata voluptas,
Illuſtri radiata coma, quo munere fungens
In tanta ſpatiare domo? thalamíne iugalis.
Gaudia ſuppeditas? an proma & conda repoſtas
Nunc expendis opes, nunc denuò ſedula ſtipas?
Munera Atlantiadæ non ſunt dubitanda, propinquo ☿
Rege means, agilis partes variatur in omnes:
Nunc celeri dictata manu notat ille tabellis,
Eloquij nunc tractat opes, è diuite gaza
Verba ſerens, animi quibus huc rapiuntur & illuc
Motibus ambiguis, & dulcia vulnera ſumunt.
Vltima luna ſubit tenui variabilis orbe, ☽
Vertumno mutabilior, nunquam ſibi conſtans,
(Hanc læſiſſe putes humilis contagia terræ)
Emendicatis radijs nunc integra fulget,
Nunc propè lucis inops, oculisq; euanida noſtris
Surripitur, per ſe conſtanti tramite pergens,
Iuſſa ſui regis dum ſedula quolibet affert,
Apta miniſterijs leuioribus, atq; veredis
Vſa citis, nunc Heſperios, nunc viſit Eoos,
Nunc gelidum Boream, tepidum nunc tranſit ad Auſtrum.

Arithmetica & Geometria, umbra duce Aſtronomiam inuenerunt.

Talis ineſt igitur rebus cœleſtibus ordo,
Nos licet exiguam poſsimus noſcere partem,
Et coniecturis nitamur in æthera, freti
Menſuris numeriſq; & opaca ſæpius vmbra.
Somnia ſi tollas, tenui quid inanius vmbra?
Prebuit vmbra viam tamen ad ſuprema polorum.

Eclipſium cauſæ.

Vmbra docet, quantum cœleſtia corpora diſtent.
Vmbra docet quanta ſint aurea ſidera mole:
Vmbra docet varios lunæ ſoliſq; labores,
Inuida cum tellus Titaniæ lumina captans
Excipit, & vetat afflictam illuſtrare Dianam,
Vlturam tamen hoc facinus, cum ſponte ſubibit,
Fraternos ignes, & toto corpore flammas
Phæbeas rapiens, triſtem ſine lumine terram
Efficiet nigris preſſam ſquallere tenebris.
Hæc nos vmbra docet, quæ non docuere metalla,
Non gemmæ, non quicquid habet mirabile mundus.
Vmbra docet quæ millenos paſſura per annos,
Et ſoror & frater deliquia, quæq; fuerunt
Experti prius immenſis deliquia ſæclis,
Non vno fallente die. Tam certa fugacis
Munera ſunt vmbræ, numeri modo rite notentur,
Quos (niſi mens vigilet) facilis confuſio turbat.
Sic placuit ſuperis hominum deludere faſtus,
Quorum omnis tenui ſapientia perſtet in vmbra,
Haud multò melior quàm furuæ ſomnia noctis,
Et tamen hoc animos pacto ſuper æthera duci
Numen ad vsq; Dei, vaſti cui Regia mundi
Paret, ad illius arbitrium fabricata, ſequensq;
Principis imperium, nullis violabile ſæclis,
Semper adorandum, mirandum ſemper. Ad almos
Omnia direxit Rex clementiſsimus vſus:
Non tantum ſtirpes, animantia, flumina, ſyluas,
Sed cœlos & ſydera de quibus infima pendent.

Virgilij.

Sidera ſunt ſcriptura Dei, mandata nitentis,
Sapphiri tabulis. Pauci quos æquus amauit
„ Iupiter, atq; ardens euexit ad æthera virtus,
„ Diis geniti potuere notas penetrare latentes.
Et varios miſerorum hominum prænoſcere caſus,
Quos tum præcipuè ſors aſpera durius vrget,
Vel cum luctifici capita exeruere Cometæ,
Vel caput inuoluit tenebris Latonia virgo,
Vel noſtros oculos refugit Titania Lampas.

Deteſtata nefas & iniquæ crimina vitæ,
Qualibus heu noſtro nimis indulgetur in æuo,
Dum pedibus teritur probitas, aſtutia ſummæ
Laudis opus, felix nullum violentia, vt olim,
Crimen habet, plauſus ſequitur te fœda voluptas,
Turpe nihil quod lucra ferat, nil rurſus honeſtum.
Quod fructu preſente caret. Dum talia fiunt
Quid miri ſi bella furant? ſi peſtilis aër
Conditus officio vitæ, necis arbiter extet?
Si frumenta Ceres, ſi Bachus muſta negarit?
Si tempeſtatum ratio peruerſa, nouatis
Legibus, æſtates hyberno frigore turbet?
Ver hyemis ſubeat munus? ſi veris honorem
Vendicet autumnus pro fructu floribus ornans
Si rari ſoles vix languida ſpicula promant
Atq; frequens imber vexet, niueæq; procellæ
Et triſtes nebulæ Scythici contagia cœli
Portent? ſi mores imitentur tempora noſtros?
Tempora dura quidem, nondum duriſsima: vates
O vtinam falſus timeam grauiora. Sed aſtra
Neſcio quid crudele minantur, & horrida cœli
Obſcuri facies, plures repetita per annos.
Quæ tibi ſi libeat cognoſcere lector, adito
Has tabulas fido ſtudio Leonicia muſa
Quas dedit ad veræ certam rationis amuſsim
Quantum fata ſinunt, dum ferrea ſæcula doctam
Vranien vix exiguo dignantur honore.
Præmia digna negant, tamen exactiſsima quæq;
Imperitant vultu rigido. Sin vnius error
Inciderit puncti, clamoribus omnia miſcent
Quin potius grata capimus data munera mente,
Erratis veniam concedimus? Ardua res eſt
Cœleſtes penetrare plagas cæcosq; receſſus
Ætheris immenſi breuibus deſcribere chartis,
Venturosq; olim certo prædicere caſus.
Lapſus ineſt facilis tanta in caligine rerum
Sæpius incautis obrepit lubricus error:
Sæpius haud eadem veteres docuere magiſtri:
Sæpius & ratio dubijs conflictibus hæret.
Quam tibi das veniam lector (niſi forſitan omni
Liber es à vitio, nunquam deceptus) eandem
Non durus, cum res tulerit, concede viciſsim.

Noſtri ſæculi peruerſitas.

Aequitas in iudicando adhibenda.

CYPRIANVS LEOVITIVS A LEONICIA
candido Lectori S. P. D.

HAbes candide Lector opus eclipſium ſumma fide & accurata diligentia elaboratũ, in quo rationes meæ, deinde Peurbachij, poſtmodũ etiam nonnullæ Copernici ponuntur. Quibus tuo arbitratu uti poteris. Conſtat autem Peurbachium ſequutum eſſe Alphonſum, ex eiuſq; fontibus tabulas ſuas Eclipſium extruxiſſe. Copernicus, qui peculiares obſeruationes habet, ab eorum calculo diſſentit. Ego principia mearum Aſtronomicarum ſupputationum ad Alphonſinos motus quoq; retuli. Lunæ tantum motum aliquo modo correxi, qui mihi partim ex reductione meridianorum: partim uero quotidiana obſeruatione nonnihil erroris uiſus eſt habere, ita ut non dubitem, quin emendatio eius grata tibi ſit futura. Superiori anno domini 1555. die 5. Iunij cum impulſu quorundam tempus eclipſis Lunaris ex tabulis Peurbachinis deſumpſiſſem, atq; id Generoſo & Magnifico uiro Huldricho Fuggero, Kirchbergæ ac VVeiſenhornæ domino, &c. exhibuiſſem, adeo deceptus fui, ut eclipſis ultra dimidiam horam tardius conſpiceretur. Deprehenſo igitur hoc errore, ſtatim in manus noſtras tabulas Aſtronomicas ſumpſi, è quibus ad amußim eo pacto tempus ſe obtulit, quo eclipſis acciderat, Cuius & aliarum plurium obſeruatione ita iam ſum confirmatus, ut perſuaſum habeam in noſtro calculo quàm minimum erroris deprehenſum iri. Sed in eclipſibus Solaribus tantum experientiæ non ſum aſſequutus, ut eandem eis certitudinem quam Lunaribus tribuere poßim. Paucas enim ipſe uidi. Proinde præter meas rationes, quas in Solis eclipſibus adieci, Peurbachij uel Copernici adhiberi poterunt. Quodſi hanc noſtram operam optime lector boni conſulueris, maius & illuſtrius opus tibi propediem dabimus, Ephemerides uidelicet, quæ ab anno domini 1556. uſq; in annum domini 1606. hoc eſt ad annos 51. futuros, productæ ſunt, atq; nunc typis excuduntur. In ijs autem conficiendis iam longo tempore maximis laboribus, & uigilijs, ita uerſatus ſum, ut affirmare auſim neminem hactenus in hoc genere ullum huiuſmodi ſpecimen edidiſſe, id quod ex eò euidenter patebit, ſi meas rationes cum alienis contuleris. In alijs enim Ephemeridibus, hactenus in lucem emiſsis, locus Solis ad gradus & minuta ſupputatus eſt: in meis uero ſecunda adijciuntur, quò certius & exactius motus eius habeatur, potiſſimum propter reuolutiones. Deinde in alijs Ephemeridibus latitudines planetarum ad decimum duntaxat diem menſis apponuntur, Latitudine Lunæ prorſus omiſſa. In meis latitudines omnium planetarum ad ſingulos dies annotatæ ſunt, item & Lunæ. Præterea in alijs Ephemeridibus aſpectus Lunæ cum Planetis ad horas tantum elaborati ſunt, In meis minuta quoq; eorum aſpectuum aſcribuntur. Similiter fit in aſpectibus planetarum inter ſe, ubi in alijs ne horæ quidem apponuntur. Poſtremo ad ſingulos menſium dies ortus & occaſus Solis adijcitur, item quantitas diei ac noctis. Quæ omnia ad emendatum Alfonſinum calculum accedunt, meridianoq; Auguſtano ita applicantur, ut quibuſuis alijs facilimè accommodari poſsint. Sed totum illud opus Ephemeridum in maiori forma imprimitur & iuſtæ magnitudinis erit, Cui præter alia, in ceteris editionibus addi ſolita, etiam hæc acceſſerunt.


I ECLIPSIVM TYPI ELEGANTISSIMI.

II EXPEDITA RATIO CONSTITVENDI COELESTIS thematis, cum tabulis, è quibus motus planetarum tam in natiuitatibus quàm reuolutionibus citra laborem haberi poſſunt.

III LOCA STELLARVM FIXARVM AB ANNO domini 1349. uſq; in 2029. diligenter annotata.

IIII BREVIS RATIO GENESES IVDICANDI, CVM NOuis quibuſdam obſeruationibus & electionum methodo tam uniuerſali quam ad cuiusq; geneſin accommodata.

V THEMATA QVATVOR ANNI TEMPORVM, CVM BREVI declaratione reuolutionis mundi, aliaq; plura, quæ diligens lector in ipſo opere facile perſpiciet, cuius aliquot ſpecimina hiſce nundinis uernis Francofordiam miſimus. Fœliciter uale. Auguſtæ Vindelicorum die 28. Martij. anno domini 1556.



ABſoluto hoc noſtro eclipſium opere, apparuit nobis hic Auguſtę Vindelicorum cometa, quem ego primum die 7. Martij, hora poſt meridiem 9. obſeruare cœpi, ac non procul à Vindemiatore conſtitutum eſſe deprehendi, Eum tamen aliquot noctibus ante fulſiſſe, fide digni homines teſtati ſunt. Quod etiam ex obſeruatione viri doctiſſimi Pauli Fabricij, Mathematici Regij accepimus, vbi primordium cometæ die 4. Martij in grad: 8. Libræ ponit. Depinxit aũt egregiè ac eruditè conſtitutionem & progreſſionem eius vſq; in diem 15. Martij. Nam indies magis ac magis in Aquilonem velociſſimè ferebatur, eo modo, quo ipſe demonſtrauit. Ego eum vſq; in diem 17. Martij vidi, quouſq; ad Cepheũ pertigiſſet. Poſtea duabus ſequentibus noctibus nubes aliqua ex parte cœlum obduxerãt, quæ ſi abfuiſſent, haud dubiè & tunc cerni potuiſſet. Ita mihi quoq; de ſua obſeruatione retulit vir clariſſimus D. Achilles P. Gaſſarus Lindauienſis, medicinę doctor & Mathematicus inſignis. Cometæ porrò illius cauda principio verſus occidentem ſe extendebat, Deinde cum adeo magnam latitudinem ab ecliptica conſequeretur, cœpit eam dirigere verſus meridiem. Sed color in extremitate caudæ fuit ſemper pallidus, liuidus ac quaſi plumbeus, ſicq; ſenſim verſus caput ſtellæ lucidior apparuit, ut eum verè natura Saturni et Mercurij conſtare dicas. Nunc ad ſignificationes & effectus eius venio. Haud dubie omnes ſciunt, Cometarum apparitiones nõ niſi aduerſa mortalibus denunciare. Id quod Io: Iouianus Pontanus eruditis his verſibus docet.

Ventorum quoq; certa dabunt tibi ſigna cometæ.
Illi etiam belli motus feraq; arma minantur.
Magnorum & clades populorum & funera regum.

Aratus præterea ijs & æſtus & ſterilitates portendi affirmat, cum inquit,

Ὄφρα τὶς ἐυετίῃ χαίρῃ ποτιδεγμένῳ ἀνὴρ
μήδ' ἔτι μὴν καθύπερθεν ἐοικότες ἀσέρες αὖτι.
μήδ' ἔτι μήτε δύω μηδὲ πλέονες κομόωντες
πολλοὶ γὰρ κομόωσιν ἐπ' ἀυχμηρῷ ἐνιαυτῷ.

Sed omnium copioſiſſimè hoc genus deſcribit Manilius Aſtronomicon Lib. 1. vnde pauca huc aſcribere viſum eſt.

Nunquam futilibus excanduit ignibus æther: — Æſtus & ſterilitas.
Squallidaq; eluſi deplorant arua coloni,
Et ſterilis inter ſulcos deſeſſus arator
Ad iuga mœrentes cogit fruſtrata iuuencos.
Aut grauibus morbis & lenta corpora tabe — Peſtilentia
Corripit exuſtis letalis flamma medullis,
Labentesq; rapit populos, totasq; per urbes
Publica ſuccenſis peraguntur fata ſepulchris.
Quin & bella canunt ignes, ſubitosq; tumultus, — Bella & ſeditiones
Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma.
Ciuiles etiam motus cognataq; bella
Significant. &c.

Quod cum vſus longaęq; rerum experientia approbarit, non abſurde neq; temere faciemus, ſi ex hoc quoq; Cometa multa mala iudicabimus, humano generi euentura eſſe. Illud autem mirabile eſt, quod tot planetæ ex diametro eius verſantur, videlicet in Ariete. Mercurius igitur pulſans cometam oppoſito ſuo radio, ſuſcitat ventos vehementes ac frequentes, Cui cum Saturnus commiſceatur, peſtilentiam affert, Item callida cõſilia ac turpiſſimas proditiones efficit. Mars, ſocius eorum, ſeditiones & bella cruenta mouet. Venus præterea cũ illis tribus planetis adiungatur, nobilium interitum denotat, nonnullorum per inſidias: quorundam vero in pugna. O prouinciæ cum aliæ plures, tum duæ potiſſimũ, quarum altera Arieti, altera Libræ paret, & prioris pars numeratur, ad magnum euecta dignitatis faſtigium: vobis hæc mala portendi videntur, ab occidente & meridie originem habitura. Fortaſſis enim erunt, qui per amicitiæ ſpeciem, aut aliis ſpecioſis titulis, diſſidium inter vos ſerent, quod in alterutrius veſtrum perniciem ac depreſſionem ſpectabit. Ex eodem etiam cõcurſu planetarum euidenter patet, quendam ſub Ariete natum, ac potius habentem in ſua genitura conglobationem planetarum in Ariete, emerſurum. Vnde ſupradictæ calamitatis cauſa accipitur. Infra in prædictione noſtra Aſtrologica anni domini 1556. quædam adiecimus, quæ cum effectibus huius cometæ concordant, quibus adhibitis omnia melius intelligentur. Deus Opt: Max: pro ſua ineffabili bonitate & clementia cunctas has calamitates auertere vel ſaltem lenire dignetur: idq; ad ſui nominis gloriam ac conſeruationem piorum.

ERRATA SIC RESTITVES.

Folio C 3. facie 2. in figura cœleſti ☊ occupat ♈ debet in ♓ collocari.

Folio D facie 2. In figura cœleſti ♉ obtinet ſecund: 48. debet habere 45.

Folio D 2. facie 1. uerſu 6. pro aliquãdo lege aliquanto.

Folio D 3. facie 1. uerſu 15. p finẽ lege principiũ, deinde in ſequenti uerſu pro Heluetio lege Heluctia.

Folio D 4. fa: 1. uerſu 1. p cõſtituto lege cõſtituti. deinde eodem folio, facie 2. in figura cœleſti ſignum decimæ ac quartæ domus obtinet grad: 27. debet habere 22.

Folio G ultimo, facie 2. In figura cœleſti principiũ ſextæ domus habet minut: 34. debent eſſe 43.

Folio H 2. facie 1. uerſu 20. p inferior lege inferiori.

Folio I 4. facie 2. In figura cœleſti principium octauæ domus obtinet grad: 7. debent eſſe 5.

Folio M 4. facie 1. uerſu 12. pro 1551. pone 1561.

Folio P facie 2. uerſu 25. pro apud eos aliquantũ, lege, apud eos Sol aliquantum.

Folio P 5. facie 2. uerſu 26. pro exhibitur lege exhibebitur.

Folio Q facie 1. uerſu 12. p diametro lege detrimento.

Folio R facie 1. Album caſtrum Tranſiluaniæ obtinet in tempore horas 2. debet habere hor: 1.

Folio R 4. facie 1. Nemauſum Galliæ habet in tempore adiectam literam A, debet habere S, Item in motu Lunæ literam S, pro qua ponatur A.

Eodem folio R, facie 2. Pons Bohemiæ nihil obtinet in tempore neq; motu Lunæ, debet in tempore habere min: 10. A, In motu uero Lunæ minut: 5. S. Deinde ibidem uerſus dextram ſub altitudine poli ponuntur grad: 51. debent eſſe 50.

Folio S 4. facie 1. uerſu 24. Pro eos duos annos ubi à die inicij, lege, Eos duos annos & 109. dies, ubi à die inicij &c.

Eodem folio ac facie: uerſu uero 28. p 1557. pone 1556.

Eodem folio & facie: uerſu uero 35. pro grad: 2. pone 3.

10141197


ANNO DOMINI 1554.

ECLIPSIS LVNAE.

DIE octaua Decembris, Horis à meridie 15. minut: 11.


Cuius témporis verus locus Solis in Zodiaco eſt ſig: 8. grad: 27. minut: 0. ſecund: 18. Argumentum eius medium ſig: 5. grad: 25. minut: 30. ſecund: 32. Locus Lunæ verus ſign: 2. grad: 27. minut: 0. ſecund: 25. Argumentum eius æquatum ſig: 9. grad: .15 minut: 43. ſecund: 28. Verus motus Capitis Draconis ſign: 3. grad: 2. minut: 31. ſecund: 18. Argumentum latitudinis Lunæ ſign: 11. grad: 24. minut: 29. ſecund: 7. Latitudo Lunæ minut: 28. ſecund: 48. Merid: Puncta Ecliptica 10. minut: 8. Tempus caſus hor: 1. min: 37. Latitudo Lunæ ad principium Eclipſis minut: 33. ſecund: 17. Merid. Latitudo Lunæ ad finem Eclipſis minut: 24. ſecund: 19. Merid: Semidiameter Lunæ min: 15. ſecund: 33. Semidiameter vmbræ minut: 40. ſecund: 25. Variatio vmbræ ſecund. 56. Subt. Semidiameter vmbræ æquatus minut. 39. ſecund: 29. Aggregatum ſemidiametrorum minut: 55. ſecund: 2.

Qualis autem conſtitutio ſyderum ſub altitudine poli Auguſtana ad tempus medium huius Eclipſis ſit, eam ſequens figura cœleſtis euidenter oſtendit.



TYPVS ECLIPSIS LVNAE, SOLE CONSTI-

tuto in oppoſito Augis ecentrici ſui. Apparebit autem colore nigro, cinereo ac rubeo.



EXPLICATIO HVIVS TYPI.

Linea recta c.a.b. eſt loco ecliptice, ſub qua Luna ab initio eclipſis uſq; ad finem fertur. Eius medietas c.a. eõtinet partes 55, eò quod aggregatum ſemidiametrorum Lunæ et umbræ habet minut: 55. Circulus b.e.c.f. quantitatem diametrorum umbræ ac Lunæ uiſualium comprehendit, de quo b partem orientalem oſtendit: c occidentalem: f meridionalẽ: e ſeptentrionalem. Orthogonalis occulta dicitur e.r.a.g.f. Quantitatem ſemidiametri umbræ metitur a d, quæ eſt minut: 39. ½. Circulus d.g.i.r, diametrum umbræ recipit. Punctũ l, latitudinẽ Lunæ ad principium eclipſis ſignificat, quæ ab ecliptica diſtat min: 33¼. Sic punctũ n: ad finem eclipſis, obtinens min: 24¼. Punctum uero o: ad medium eclipſis, quæ habet minut: 28. ſecund: 48, cum denominatione Meridionali. Nam conſtitutio eius, ſicut & duarũ priorum, uerſus meridiem eſt reſpectu ecliptice. Linea obliqua l.o.n, tranſitum aut uiam Lunæ ab initio eclipſis uſq; ad finem denotat. Circulus ſuper l, corpus Lunare in principio eclipſis præ ſe fert, dum umbrã ingredi incipit. Circulus ſuper o, corpus Lunare in medio eclipſis repræſentat, quod non omino circulum umbræ terræ ſubit. Quanto autem magis centrum huius circuli o, ad centrum ecliptice a accedit, tanto altius corpus Lunare in pyramidem umbræ terræ deſcendit, uerſus axem ſeu nadir Solis appropinquando. Circulus ſuper n, corpus Lunare in fine eclipſis præ ſe fert, dum ex umbra primo exiuit. Hi porro tres circuli corporis Lunaris ſecundum proportionem ſemidiametri Lunæ ſumpti ſunt, cuius quantitatem determinat ẽ. d.

Ex tabulis Aſtronomicis viri doctiſſimi Georgij Peurbachij, quarũ rationes ad Viennam Auſtriæ referuntur, tempus huius eclipſis prouenit horis à merid: 15. minut: 1. Quod cum ad Auguſtam Vindelicorum reduco, per ſubtractionem videlicet 26. minutorũ, quæ ſunt differentia inter meridianum Viennenſem & Auguſtanum: relinquuntur horæ 14. minut: 35. Vnde principium conſequitur hor: 13. minut: 24. Finis hor: 16. minut: 38. Dimidia enim duratio obtinet hor: 1. minut: 37.


ANNO DOMINI 1555.

ECLIPSIS LVNAE.


DIE quarta Iunij, Horis à meridie 15. minut: 23.

Cuius temporis verus locus Solis in Zodiaco eſt ſig: 2. grad: 22. minut: 57. ſecund: 40. Argumentum eius medium ſig: 11. grad: 20. minut: 57. ſecund: 28. Locus Lunæ verus ſign: 8. grad: 22. minut: 57. ſecund: 29. Argumentum eius æquatum ſig: 3. grad: 4. minut: 23. ſecund: 2. Verus motus Capitis Draconis ſign: 2. grad: 23. minut: 5. ſecund: 43. Argumentum latitudinis Lunæ ſign: 5. grad: 29. minut: 51. ſecund: 46. Latitudo Lunæ minut: 0. ſecund: 43. Septent: Puncta Ecliptica 21. minut: 20. Tempus caſus hor: 1. min: 3. Mora media min: 51. Latitudo Lunæ ad principium Eclipſis minut: 6. ſecund: 9. Septent: Latitudo Lunæ ad finem Eclipſis min: 4. ſecund: 43. Mer: Semidiameter Lunæ min: 16. ſecund: 7. Semidiameter vmbræ min: 41. ſecund: 53. Aggregatum ſemidiametrorum minut: 58. ſecund: 0.

Qualis autem conſtitutio ſyderum ſub altitudine poli Auguſtana ad tempus medium huius Eclipſis ſit, eam ſequens figura cœleſtis euidenter oſtendit.



TYPVS ECLIPSIS LVNAE, SOLE CONSTI-
tuto in Auge ecentrici sui. Apparebit autem
colore nigerrimo, mixto pallido.



EXPLICATIO HVIVS TYPI.

Linea recta transuersa c.a.b, ecliptica est. Eius medietas a.c, partes 58. continet, eò quod aggregatum semidiametrorum Lunæ et umbræ minut: 58. habet. Circulus b.e.c.f, quantitatem diametrorum umbræ ac Lunæ uisualium recipit, de quo b partem orientalem indicat: c occidentalem: f meridionalem: e septentrionalem. Linea recta dependens, quam e.r.a.g.f. constituit, orthogonalis occulta dicitur. Quantitatẽ semidiametri umbræ metitur a.d, quæ est min: 41 secund: 53. Circulus niger, quem d.g.i.r. describit, diametrũ umbræ comprehendit. Punctum l, latitudinem Lunæ ad principẽum eclipsis designat, quæ ab ecliptica distat min: 6. Ita punctum n: ad finẽ eclipsis, obtinens min: 4¾. Punctum uero o: ad mediũ eclipsis, quæ habet min: 0. secund. 43. cum denominatione Septentrionali. Nam situs eius ab ecliptica uersus septentrionẽ est, sicut etiam in latitudine ad principium eclipsis. Quod secus fit in latitudine ad finẽ eclipsis, quæ denominationem meridionalẽ sortitur, cum distantia eius uersus meridiẽ respectu ecliptice reperiatur. Linea obliqua transuersa, cui l.o.n, adijcitur, uiam Lunæ ab initio eclipsis usq; ad finẽ demonstrat. Circulus super l, corpus Lunare in principio eclipsis repræsentat, dũ umbrã terræ subire incipit. Circulus super o, corpus Lunare in medio eclipsis præ se fert, cuius magnitudo circulũ umbræ omnino ingreditur, centrumq; eius o, prope centrum a ponitur. Quamobrẽ Luna altißime in pyramidẽ umbræ terræ descẽdit. Circulus super n, corpus Lunare in fine eclipsis repræsentat, dũ ex umbra primo emersit. Hi porro tres circuli secundũ proportionẽ semidiametri Lunæ accepti sunt, cuius quantitatẽ definit e.d.

Ex tabulis Astronomicis viri doctißimi Georgij Peurbachij, quarũ rationes ad Viennam Austriæ referuntur, tempus huius eclipsis prouenit horis à merid: 15. minut: 14. Quod cum ad Augustam Vindelicorum reduco, per subtractionem videlicet 26. minutorũ, quæ sunt differentia inter meridianum Viennensem & Augustanum: relinquuntur horæ 14. minut: 48. Vnde principium consequitur hor: 12. minut: 54. Finis hor: 16. minut: 42. Dimidia enim duratio habet hor: 1. minut: 54.


ANNO DOMINI 1556.

ECLIPSIS SOLIS.


DIE prima Nouembris, Horis à meridie 18. minut: 26.

Cuius temporis verus locus Solis in Zodiaco eſt ſig: 7. grad: 19. minut: 55. ſecund: 8. Argumentum eius medium ſig: 4. grad: 19. minut: 40. ſecund: 6. Locus Lunæ verus ſign: 7. grad: 19. minut: 2. ſecund: 20. Argumentum eius æquatum ſig: 11. grad: 25. minut: 17. ſecund: 56. Verus motus Capitis Draconis ſign: 1. grad: 25. minut: 45. ſecund: 50. Argumentum latitudinis Lunæ ſign: 5. grad: 23. minut: 16. ſecund: 30. Latitudo Lunæ apparens minut: 6. Septent: Puncta Ecliptica 9. minut: 1. Tempus caſus hor: 1. minut: 9. Latitudo Lunæ apparens ad principium Eclipſis minut: 9. Septen: Latitudo Lunæ apparens ad finem Eclipſis min: 3. Sept. Semidiameter Solis min: 16. ſecūd: 46. Semidiameter Lunæ min: 14. ſecund: 31. Aggregatum ſemidiametrorum minut: 31. ſecund: 17.

Qualis autem conſtitutio ſyderum ſub altitudine poli Auguſtana ad tempus medium huius Eclipſis ſit, eam ſequens figura cœleſtis euidenter oſtendit.



TYPVS ECLIPSIS SOLIS, CONSTITVTI in oppoſito augis ecentrici. Apparebit autem colore fuſco ac rubeo.



EXPICATIO HVIVS TYPI.

Linea recta tranſuerſa in medio circuli, quam deſcribit c.a.b, ecliptica eſt, in cuius ſuperficie Sol fertur. Medietatẽ eius conſtituit c.a, hæc quantitatem ſemidiametri Solis ac Lunæ ſimul aggregatam indicat. Circulus magnus extremus, cui apponitur b.c.c.f. diametros Solis et Lunæ uiſuales recipit, de quo b, oriẽti applicatur: f meridiei: c occidenti: e ſeptẽtrioni. Linea recta dependens in medio circuli, quam metitur e.r.a.g.f, orthogonalis occulta dicitur. Quantitatẽ ſemidiametri Solis determinat a.d. Circulus d.r.i.g. diametrum Solis continet, hic quoq; circulus corpus Solare repræſentat. Linea obliqua tranſuerſa, cui adijcitur l.o.n, uiam Lunæ ab initio eclipſis uſq; ad finem oſtendit, de qua linea punctum l, latitudinem Lunæ apparentẽ ad principium eclipſis ſignificat. Sic punctum n: ad finem eclipſis. Punctum uero o: ad mediũ eclipſis, cũ denominatione Septentrionali. Nam ſitus eius uerſus Septentrionem ab ecliptica eſt. Quod etiã in latitudine principij ac finis eclipſis cõtingit. Circulus niger ſuper l, corpus Lunare in principio eclipſis præ ſe fert, dum corpus ſolare contegere incipit. Circulus niger ſuper o, corpus Lunare in medio eclipſis repræſentat, quod nõ omnino corpus Solare obtegit. Circulus niger ſuper n, corpus Lnnare in fine eclipſis præ ſe fert, dum penitus a contactu corporis Solaris ſeparatur. Hi porro tres circuli ſecundũ proportionẽ ſemidiametri Lunæ ſumpti ſunt, cuius quantitatẽ definit c.d. Hinc patet ſemidiametrum Lunæ minorem eſſe quàm Solis, hoc eſt circulum Lunæ in rotunditate compreſſiorem eſſe quàm Solis, Atq; etiam ſi in medio eclipſis centrum corporis Lunaris, quod denotat o, ad centrũ corporis Solaris exactè acceſſiſſet, quod demonſtrat a: tamen Eclipſim Solis integram fieri non potuiſſe, ſed radios eius undiq; in extremitate corporis emicuiſſe. Pars circuli quam conſtituit d.g.i, partem corporis Solaris adhuc luminoſam nobis proponit.

Ex tabulis Aſtronomicis viri doctiſſimi Georgij Peurbachij, quæ ad Viennã Auſtriæ ſupputatæ ſunt, tempus huius eclipſis prouenit horis à merid: 19. minut: 1. Cuius locus Solis reperitur ſig: 7. grad: 19. minut: 54. ſecund: 10. Locus Lunæ ſig: 7. grad: 19. minut: 10. ſecund: 24. Puncta ecliptica 9. min: 23. Dimidia duratio hor: 1. min: 9. Id autem tempus cum ad Auguſtam Vindelicorum reduco, relinquuntur hor: 18. min: 35. Vnde principium conſequitur hor: 17. min: 26. Finis hor: 19. min: 44.


Secundum doctrinam Nicolai Copernici, Mathematici clariſſimi, eclipſis hæc ſub horizonte noſtro accidit, ita ut neq; principium neq; finem eius hic viſuri ſimus.

ANNO DOMINI 1556.

ECLIPSIS LVNAE.


DIE decima sexta Nouembris, Horis à meridie 14. minut: 43. Cuius temporis verus locus Solis in Zodiaco est sig: 8. grad: 5. minut: 1. secund: 3. Argumentum eius medium sig: 5. grad: 4. minut: 17. secund: 32. Locus Lunæ verus sign: 2. grad: 5. minut: 1. secund: 14. Argumentum eius æquatum sign: 6. grad: 9. minut: 22. secund: 23. Verus motus Capitis Draconis sign: 1. grad: 24. minut: 58. secund: 41. Argumentum latitudinis Lunæ sign: 0. grad: 10. minut: 2. secund: 33. Latitudo Lunæ minut: 52. secund: 14. Septent. Puncta Ecliptica 3. minut: 50. Tempus casus hor: 1. minut: 5. Latitudo Lunæ ad principium Eclipsis minut: 48. secund: 53. Septent. Latitudo Lunæ ad finem Eclipsis minut: 55. secund: 35. Septent. Semidiameter Lunæ minut: 18. secund: 1. Semidiameter vmbræ min: 46. secund: 52. Variatio vmbræ secund: 54. Subtr: Semidiameter vmbræ æquatus minut: 45. secund: 58. Aggregatum semidiametrorum minut: 63. secund: 59.

Qualis autem constitutio syderum sub altitudine poli Augustana ad tempus medium huius Eclipsis sit, eam sequens figura cœlestis euidenter ostendit.



TYPVS ECLIPSIS LVNAE, SOLE CONSTI-

tuto in oppoſito augis ecentrici ſui. Apparebit autem colore nigro & cinereo, mixto albedine.



EXPLICATIO HVIVS TYPI.

Ecliticam indicat linea c.a.b. Medietas eius, quam conſtituit c.a, quantitatem ſemidiametri Lunæ ac umbræ ſimul aggregatam complectitur. Circulus magnus extremus, cui apponitur b.e.c.f. diametros umbræ & lunæ uiſuales recipit, de quo b orientem: f meridiem: c occidentem: e ſeptentrionem reſpicit. Orthogonalis occulta eſt e.r.a.g.f. Quantitatem ſemidiametri umbræ metitur a. d. Circulus niger, quem deſcribit d. g.i.r, diametrum umbræ continet. Punctum l latitudinem Lunæ ad principium eclipſis deſignat. Ita punctū n: ad finem eclipſis. Punctum uero o: ad medium eclipſis, quarum quidem trium latitudinum denominatio Septentrionalis eſt, cum ſitus earum uerſus Septentrionem ab ecliptica tendat. Linea obliqua, quam determinat l.o.n, tranſitum ſeu uiam Lunæ ab initio eclipſis uſq; ad finē oſtendit. Circulus ſuper l, corpus Lunare in principio eclipſis præ ſe fert, dum umbram ingredi incipit. Circulus ſuper o, corpus Lunare in medio eclipſis repræſentat, cuius tertia pars umbram terræ ſubit. Circulus ſuper n, corpus Lunare ad finem eclipſis præſefert, dum ex umbra primo euaſit. Hi porro tres circuli corporis Lunaris ſecundum proportionem ſemidiametri Lunæ accepti ſunt, cuius quantitatem c.d. definit.

Ex tabulis aſtronomicis viri doctiſſimi Georgij Peurbachij, quæ ad Viennam Auſtriæ ſpectant, tempus huius eclipſis prouenit horis à merid: 14. min: 38. Cuius locus Solis reperitur ſig: 8. grad: 4. min: 58. ſecund: 48. Locus Lunæ ſig: 2. grad: 4. min: 58. ſecund: 43. Puncta ecliptica 3. minut: 56. Dimidia duratio hor: 1. minut: 6. Id autem tempus cum ad Auguſtam Vindelicorum reduco, per ſubtractionem videlicet 26. minutorū, quæ ſunt differentia inter meridianum Viennenſem & Auguſtanum: relinquuntur horæ 14. minut: 12. Vnde principium conſequitur hor: 13. minut: 6. Finis hor: 15. minut: 18.

Anno domini ſequente 1557. nullam eclipſim Luminarium ſupra Horizontem noſtrum habebimus,


ANNO DOMINI 1558.

ECLIPSIS LVNAE.


DIE ſecunda Aprilis, Horis à meridie 13. minut: 1.

Cuius temporis verus locus Solis in Zodiaco eſt ſig: 0. grad: 22. minut: 44. ſecund: 3. Argumentum eius medium ſig: 9. grad: 19. minut: 0. ſecund: 29. Locus Lunæ verus ſign: 6. grad: 22. minut: 44. ſecund: 13. Argumentum eius æquatum ſign: 8. grad: 26. minut: 48. ſecund: 38. Verus motus Capitis Draconis ſign: 0. grad: 28. minut: 23. ſecund: 57. Argumentum latitudinis Lunæ ſign: 5. grad: 24. minut: 20. ſecund: 16. Latitudo Lunæ minut: 29. ſecund: 34. Septent. Puncta Ecliptica 10. minut: 25. Tempus caſus hor: 1. minut: 38. Latitudo Lunæ ad principium Eclipſis minut: 34. ſecund: 13. Septent. Latitudo Lunæ ad finem Eclipſis minut: 24. ſecund: 54. Septent. Semidiameter Lunæ minut: 16. ſecund: 5. Semidiameter vmbræ minut: 41. ſecund: 48. Variatio vmbræ ſecund: 17. Subt: Semidiameter vmbræ æquatus minut: 41. ſecund: 31. Aggregatum ſemidiametrorum minut: 57. ſecund: 36.

Qualis autem conſtitutio ſyderum ſub altitudine poli Auguſtana ad tempus medium huius Eclipſis ſit, eam ſequens figura cœleſtis euidenter oſtendit.



TYPVS ECLIPSIS LVNAE, SOLE CONSTI-
tuto in longitudine media ecentrici ſui. Apparebit autem colore nigro, pallido & rubeo.



EXplicatio huius typi cum ſuperiori conuenit, quæ ad eclipſim Lunæ anni domini 1554. adhibita eſt. Quare eam huc quoq; referri iubemus. Latitudines tantum uariant. Quemadmodum enim ibi reſpectu ecclipticæ uerſus meridiem tendunt: ita hîc uerſus ſeptentrionem, Et quod ibi Luna à parte ſuperiori: hîc uero inferiori obſcuratur.

Ex tabulis Aſtronomicis viri doctiſſimi Georgij Peurbachij, quarũ rationes ad Viennam Auſtriæ referuntur, tempus huius Eclipſis prouenit horis à merid: 12. minut: 48. Cuius locus Solis reperitur ſig: 0. grad: 22. min: 42. ſecund: 22. Locus Lunæ ſig. 6. grad. 22. minut. 41. ſecund. 59. Puncta ecliptica 10. minut. 20. Dimidia duratio hor. 1. minut. 37. Id autem tempus cum ad Auguſtam Vindelicorum reduco, per ſubtractionem videlicet 26. minutorũ, quæ ſunt differentia inter meridianum Vienenſem & Auguſtanum: relinquuntur hor. 12. minut. 22. Vnde principium conſequitur hor. 10. minut. 45. Finis hor. 13. minut. 59.


ANNO DOMINI 1558.

ECLIPSIS SOLIS.

DIE decima octaua Aprilis, Horis à meridie 2. minut: 23.


ANno domini 1580. Die 31. Ianuarij, poſt meridiem, noctu, hora minoris horologij 11. minut: 5. Erit Eclipſis Lunæ integra, punct: 12. min: 25. in grad: 21. minut: 50. Leonis, prope caudam Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 9. minut: 22. Finis hora 12. minut: 48. ſingulis relatis ad tempus pomeridianum nocturnum diei 31. Ianuarij. Huius autem eclipſis effectus initium ſument die 7. Iulij, & die 17. Octobris anno domini eodem deſinent.

			Dies.	Horæ.
In hac Eclipſi	1. horæ	reſpondent	25.	18.
	30. minut:		12.	21.
	15. minut:		6.	10.
	5. minut:		2.	3.
	1. minut:		0.	10.

ANNO DOMINI 1581.

ANno domini 1581. die 19. Ianuarij, poſt meridiem, noctu, hora minoris horologij 11. minut: 13. Erit Eclipſis Lunæ integra, punct: 14. min: 38. in grad: 10. minut: 27. Leonis, propè caudam Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 9. minut: 24. vbi Luna vmbram terræ ſubire incipiet, ac magis magisq; ſe in eam immerget, donec ſonet hora minoris horologij 10. min: 38. tum enim omnino obſcurabitur. Permanebit autem in illa obſcuratione vſq; ad horam minoris horologij 11. minut: 48. ſtatim poſtea rurſus ex vmbra terræ progredi incipiet, ſicq; ſenſim magis ac magis lumen ſuum acquiret, donec audiatur hora minoris horologij 1. minut: 2. vbi vmbram terræ planè excedet, & perfectum ſuum ſplendorem recuperabit. Hæc autem eclipſis effectus ſuos incipiet die vltimo Lunij, qui quidem ceſſabunt die 15. Octobris eodem anno domini 1581.

			Dies.	Horæ.
In hac Eclipſi	1. horæ	reſpondent	24.	17.
	30. minut:		12.	8.
	15. minut:		6.	4.
	5. minut:		2.	1.
	1. minut:		0.	10.

ANno domini 1581. die 16. Iulij, mane, hora minoris horologij 5. minut: 30. erit Eclipſis Lunæ integra, punct: 13. min: 16. in grad: 2. min: 43. Aquarij, non procul à capite Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 3. minut: 46. Finis hora 7. minut: 14. ſingulis relatis ad tempus matutinum diei 16. Iulij. Sed Auguſtani neq; medium neq; finem huius eclipſis videbunt. Sol enim tunc apud eos orietur hora 4. minut: 27. eaq; de cauſa Luna ex diametro Solis conſtituta, occidet tenebroſa circiter dimidiam partem ſui corporis, creſcente tamen illa quantitate obſcurationis. Cum igitur Auguſtani neq; medium neq; decrementum eclipſis viſuri ſint, multo minus ij, qui reſpectu Auguſtanorum orientaliores ſunt, id videbunt. Quinimmo illi qui Caſchouiæ ciuitate Vngarię habitant, & in loco longitudinis maiori, eclipſim hanc penitus non habebunt. Qui Nanneti ciuitate Britanniæ ducatus degunt, atq; ijs plus verſus occidentẽ diſtant, medium huius eclipſis cernere poterunt, item & principium. Huius autem eclipſis effectus initium ſument poſt integrum annum, hoc eſt die 16. Iulij, anno domini 1582. ijq; die 27. Octobris eodem anno domini deſinent.

			Dies.	Horæ.
In hac Eclipſi	1. horæ	reſpondent	41.	0.
	30. minut:		20.	12.
	15. minut:		10.	6.
	5. minut:		3.	10.
	1. minut:		0.	16.

ANNO DOMINI 1582.

ANno domini 1582. die 20. Iunij, mane, hora minoris horologij 4. minut: 53. Erit eclipsis Solis punct: 3. minut: 7. in grad: 7. minut: 41. Cancri, non procul à cauda Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 4. minut: 12. Finis hora 5. minut: 34. singulis relatis ad tempus matutinum diei 20. Iunij. Qui Constantiæ, ciuitate in confinibus Heluetię sitæ, habitant, ac in loco longitudinis simili, principium huius eclipsis nõ videbũt, multoq; minus illi, qui ijs adhuc occidentaliores fuerint. Quinimmo illi, qui Rothomagi ciuitate Normandię degunt, neq; ipsum medium eclipsis cernere poterunt. Deinde qui Compostellæ Hispaniarum versantur, eclipsim hanc prorsus non habebunt. Hæc autem eclipsis effectus suos incipiet die 7. Iulij eodem anno domini 1582. qui quidem cessabunt die 17. Nouembr. anno domini 1583.

		Dies.	Horæ.
In hac Eclipsi	1. horæ 30. minut:	23.	2.
	15. minut:	11.	13.
	5. minut:	5.	18.
	1. minut:	1.	22.
respondent		0.	9.

Anno domini sequente 1583. nullam eclipsim supra Horizontem nostrum habebimus.

ANNO DOMINI 1584.

ANno domini 1584. die 30. Aprilis, mane, hora minoris horologij 5. minut: 27. erit Eclipsis Solis, punctorum 3. min: 16. in grad: 19. min: 39. Tauri, non procul à cauda Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 4. min: 47. Finis hora 6. minut: 7. singulis relatis ad tempus matutinum diei 30. Aprilis. Qui Badenæ Marchiæ degunt, principium huius Eclipsis non videbunt, multoq; minus illi, qui ijs adhuc occidentaliores fuerint. Quinimmo illi, qui Aureliæ ciuitate Galliæ versantur, neq; ipsum medium cernere poterunt. Deinde qui Compostellæ Hispaniæ habitant, eclipsim hanc prorsus non habebunt. Hæc autem eclipsis effectus suos exhibere incipiet die 19. Maij eodem anno domini 1584. qui quidem cessabunt die 17. Septembris anno domini 1585.

		Dies.	Horæ.
In hac Eclipsi 1. horæ 30. minut.	respondent	24.	17.
15. minut.		12.	8.
5. minut.		6.	4.
1. minut.		2.	1.
		0.	10.

ANno domin 1584. die 8. Nouembris, summo mane, hora minoris horologij 1. minut: 54. Erit eclipsis Lunæ magna, punct: 17. min: 25. in grad: 26. minut: 1. Tauri, prope caudam Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 12. min: 4. Finis hora 3. min: 44. singulis relatis ad tempus summum matutinum diei 8. Nouembris. Huius autem eclipsis effectus grassari incipient die 24. Iunij, anno domini 1585. ijq; die 11. Octobris eodem anno domini desinent.

		Dies.	Horæ.
In hac eclipsi 1. horæ 30. minut.	respondent	24.	5.
15. minut.		12.	3.
5. minut.		6.	1.
1. minut.		2.	0.
		0.	10.

Anno domini sequente 1585. & 1586. nulla Eclipsis visibilis supra Horizontem nostrum apparebit.

ANNO DOMINI 1587.

ANno domini 1587. die 6. Septembris, poſt meridiem, noctu, hora minoris horologij 9. minut: 40. Erit Eclipſis Lunæ punct: 9. min: 0. in grad: 23. min: 9. Piſcium, propè caudam Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 8. minut: 7. Finis hora 11. minut: 13. ſingulis relatis ad tempus pomeridianum nocturnum diei 6. Septembris. Huius autem eclipſis effectus initium ſument die 8. Decembris anno domini eodem, finem exitum ſortientur die 9. Martij anno domini 1588.

			Dies.	Horæ.
In hac Eclipſi	1. horæ	reſpondent	31.	13.
	30. minut:		15.	19.
	15. minut:		7.	21.
	5. minut:		2.	15.
	1. minut:		0.	12.

O

ANNO DOMINI 1588.

ANno domini 1588. die 3. Martij, mane, hora minoris horologij 3. minut: 56. Erit Eclipſis Lunæ, punct: 15. minut: 7. in grad 23. minut: 8. Virginis, prope caput Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 2. minut: 8. vbi Luna vmbram terræ ſubire incipiet, ac magis magiſq; ſe in eam immerget, donec ſonet hora minoris horologij 3. minut: 19. tum enim omnino obſcurabitur. Permanebit autem in illa obſcuratione vſq; ad horam minoris horologij 4. minut: 33. ſtatim poſtea rurſus ex vmbra terræ progredi incipiet, ſicq; ſenſim magis ac magis lumen ſuum acquiret, donec audiatur hora minoris horologij 5. minut: 44. vbi vmbram terræ planè excedet, & perfectum ſuum ſplendorem exactè recuperabit. Qui Albam regalem Vngariæ incolunt, finem huius eclipſis nequaquam videbunt, multoq; minus illi, qui ijs adhuc orientaliores fuerint. Hæc porrò eclipſis effectus ſuos auſpicabitur, die 25. Decembris, anno domini eodem, quos quidem ad exitum perducet die 11. Aprilis, anno domini 1589.

		Dies.	Horæ.
In hac Eclipſi 1. horæ 30. minut:	respondent	29.	8.
In hac Eclipſi 15. minut:	respondent	14.	16.
In hac Eclipſi 5. minut:	respondent	7.	8.
In hac Eclipſi 1. minut:	respondent	2.	10.
		0.	11.

ANno domini 1588. Die 26. Auguſti, mane, hora minoris horologij 5. minut: 24. Erit Eclipſis Lunæ magna, punct: 17. min: 36. in grad: 12. min: 29. Piſcium, prope caudam Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 3. minut: 33. Finis hora 7. minut: 15. ſingulis relatis ad tempus matutinum diei 26. Auguſti. Sed Auguſtani finem eclipſis cernere non poterunt. Sol enim tunc apud eos orietur hora 5. minut: 29. eaq; de cauſa Luna ex diametro Solis conſtituta, tota tenebroſa occidet, veruntamen decreſcente illa quantitate obſcurationis. Cum igitur Auguſtani finem eclipſis nequaquam viſuri ſint, multo minus ij, qui reſpectu Auguſtanorum orientaliores ſunt, eum videbunt. Quin immo illi, qui Landeshutæ Bauariæ degunt, neq; ipſum medium cernere poterunt. Qui præterea Auguſtanis occidentaliores fuerint, hora 1. minut: 46. temporis, illi totius eclipſis durationem facile obſeruare poterunt. Hæc autem eclipſis effectus ſuos auſpicabitur die 28. Octobris eodem anno domini 1588. quos quidem ad exitum perducet die 15. Februarij anno domini 1589.

		Dies.	Horæ.
In hac Eclipſi 1. horæ 30. minut:	respondent	33.	7.
In hac Eclipſi 15. minut:	respondent	16.	15.
In hac Eclipſi 5. minut:	respondent	8.	8.
In hac Eclipſi 1. minut:	respondent	2.	19.
		0.	13.

ANNO DOMINI 1589.

ANno domini 1589. die 15. Auguſti, poſt meridiem, veſperi, hora minoris horologij 7. minut: 53. Erit Eclipſis Lunæ punct: 3. minut: 5. in grad: 2. minut: 9. Piſcium, non procul à cauda Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij. 6. minut: 54. Finis hora 8. minut: 52. ſingulis relatis ad tempus pomeridianum veſpertinum diei 15. Auguſti. Qui Tubingæ ciuitate Vvirtenbergenſis ducatus verſantur, ij principiũ huius eclipſis non videbunt, multoq; minus illi, qui ijs adhuc occidentaliores fuerint. Quinimmo illi, qui Nanneti ciuitate Britanniæ ducatus habitant, ac in loco lõgitudinis ſimili, neq; ipſum medium cernere poterunt. Hæc autem eclipſis effectus ſuos incipiet die 20. Septembris, quos die 17. Nouembris anno domini eodem finiet.

			Dies.	Horæ.
In hac Eclipſi	1. horæ	reſpondent	35.	5.
	30. minut:		17.	14.
	15. minut:		8.	19.
	5. minut:		2.	22.
	1. minut:		0.	14.

ANNO DOMINI 1590.

ANno domini 1590. Die 21. Iulij, ante meridiem, hora minoris horologij 7. minut: 38. Erit Eclipsis Solis, punct: 8. minut: 40. in grad: 7. minut: 24. Leonis, non procul à capite Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 6. minut: 35. Finis hora 8. minut: 41. singulis relatis ad tempus antemeridianum diei 21. Iulij. Huius autem eclipsis effectus initium sument die 3. Octobris eodem anno domini 1590. ijsq; die 8. Nouembris anni domini 1592. desinent.

		Dies.	Horæ.
In hac Eclipsi	1. horæ	24.	12.
	30. minut:	12.	6.
	15. minut:	6.	3.
	5. minut:	2.	1.
	1. minut:	0.	10.

respondent

ANno domini 1590. die 30. Decembris, post meridiem, noctu, hora minoris horologij 8. minut: 1. Erit Eclipsis Lunæ, punct: 10. min: 5. in grad: 19. minut: 29. Cancri, non procul à capite Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 6. minut: 24. Finis hora 9. minut: 38. singulis relatis ad tempus pomeridianum nocturnum diei 30. Decembris. Huius autem eclipsis effectus exordium sument die 28. Martij, anno domini 1591. & die 2. Iulij anno domini eodem desinent.

		Dies.	Horæ.
In hac Eclipsi	1. horæ	23.	11.
	30. minut:	11.	17.
	15. minut:	5.	21.
	5. minut:	1.	23.
	1. minut:	0.	9.

respondent

ANNO DOMINI 1591.

ANno domini 1591. die 10. Iulij, poſt meridiem, hora minoris horologij 3. minut: 36. Erit eclipſis Solis, parua, punct: 1. min: 27. in grad: 26. minut: 59. Cancri, non procul à capite Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 3. minut: 7. Finis hora 4. min: 5. ſingulis relatis ad tempus pomeridianum diei 10. Iulij. Huius autem eclipſis effectus incipient die 2. Aprilis, anno domini 1592. & die 20. Martij anno domini 1593. deſinent.

			Dies.	Horæ.
In hac Eclipſi	1. horæ	reſpondent	23.	19.
	30. minut.		11.	21.
	15. minut.		5.	23.
	5. minut.		1.	23.
	1. minut.		0.	9.

ANno domini 1591. die 20. Decembris, mane, hora minoris horologij 5. minut: 24. Erit Eclipſis Lunæ, punct: 17. minut: 29. in grad: 8. minut: 23. Cancri, propè caput Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 3. minut: 34. Finis hora 7. minut: 14. ſingulis relatis ad tempus matutinum diei 20. Decembris. Huius autem eclipſis effectus graſſari incipient die 21. Octobris, anno domini 1592. ♑ die 7. Februarij anno domini 1593. deſinent.

			Dies.	Horæ.
In hac Eclipſi	1. horæ	reſpondent	23.	2.
	30. minut:		11.	13.
	15. minut:		5.	18.
	5. minut:		1.	22.
	1. minut:		0.	9.

ANNO DOMINI 1594.

ANno domini 1594. die 19. Octobris, mane, hora minoris horologij 7. minut: 28. Erit Eclipsis Lunæ, punct: 9. minut: 10. in grad 5. minut: 34. Tauri, non procul à capite Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 5. minut: 54. Sed Augustani neq; medium neq; finem huius Eclipsis cernere poterunt. Sol enim tunc apud eos orietur hora 7. minut: 1. eaq; de causa Luna ex diametro Solis constituta, occidet circiter puncta 6½. tenebrosa, veruntamen crescente quantitate obscurationis. Cum igitur Augustani neq; medium neq; decrementum eclipsis visuri sint, multo minus ij, qui respectu Augustanorũ orientaliores sunt, id videbunt. Quinimmo illi, qui Clausemburgi ciuitate Transiluanię versantur, vel ijs plus versus orientem distant, eclipsim hanc penitus non habebunt. Deinde qui Augustanis occidentaliores fuerint duabus horis & minut: 1. illi totius durationis spatium obseruare poterunt. Qui pręterea Cathalauni ciuitate Galliæ Belgicæ degunt, ij vltra principium medium quoq; videbunt, modo nubium impedimenta absint. Qui vero inter meridianum ciuitatis Augustæ Vindelicorum & Cathalauni habitant, apud eos medium eclipsis plene deprehendi haud poterit. Attamen quo propius horum quiq; ad Cathalauni meridianum accesserint, eo commodius medium eclipsis obseruabunt. Contra quo remotius à Cathalaunino meridiano versus Augustanũ distiterint, eo imperfectius. Hæc porro eclipsis effectus suos auspicabitur, post integrum annum, hoc est die 19. Octobris, anno domini 1595. quos quidem ad exitum perducet die 20. Ianuarij anno domini 1596.

		Dies.	Horæ.
In hac Eclipsi	1. horæ	25.	0.
	30. minut:	13.	0.
	15. minut:	6.	12.
	5. minut:	2.	4.
	1. minut:	0.	10.

respondent

ANNO DOMINI 1595.

ANno domini 1595. die 14. Aprilis, mane, hora minoris horologij 4. minut: 53. Erit eclipsis Lunæ valde magna, punct: 18. minut: 57. in grad: 3. minut: 35. Scorpionis, propè caudam Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 3. minut: 1. vbi Luna vmbram terræ subite incipiet, ac magis magisq; se in eam immerget, donec sonet hora minoris horologij 4. min: 5. tum enim omnino obscurabitur. Permanebit autem in illa summa obscuratione vsq; ad horam minoris horologij 5. minut: 41. statim postea rursus ex vmbra terræ progredi incipiet, sicq; sensim magis ac magis suum lumen acquiret, donec audiatur hora minoris horologij 6. minut: 45. vbi vmbram terræ planè excedet, & perfectum suum splendorem recuperabit. Sed Augustani finem huius eclipsis cernere non poterunt. Sol enim tunc apud eos orietur hora 5. minut: 2. eaq; de causa Luna ex diametro Solis constituta, occidet adhuc tota tenebrosa, veruntamen decrescente quantitate illa obscurationis. Cum igitur Augustani finem eclipsis nequaquam visuri sint, multo minus ij, qui respectu Augustanorum orientaliores sunt, eum videbunt. Quinimmo illi, qui Brunduni, oppido Bauariæ versantur, neq; ipsum medium cernere poterunt. Qui Augusta Vindelicorum occidentaliores sunt hora 1. minut: 43. illi totius durationis interuallū obseruabunt, modo nūbium impedimenta absint. Hæc autem eclipsis effectus suos incipiet die 6. Aprilis anno domini 1596. quos quidem die 26. Iulij eodem anno domini finiet.

		Dies.	Horæ.
In hac Eclipsi	1. horæ	36.	6.
	30. minut.	18.	3.
	15. minut.	9.	1.
	5. minut.	3.	0.
	1. minut.	0.	14.

respondent

ANno domini 1595. die 23. Septembris, post meridiem, hora minoris horologij 1. minut: 13. Erit Eclipsis Solis, punct: 3. minut: 0. in grad: 9. minut: 37. Libræ, non procul à cauda Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 0. min: 34. Finis hora 1. minut: 52. singulis relatis ad tempus pomeridianum diei 23. Septembris. Hæc autem eclipsis effectus suos auspicabitur die 30. Aprilis, anno domini 1596. quos quidē finiet die 17. Augusti anno domini 1597.

		Dies.	Horæ.
In hac eclipsi	1. horæ	31.	22.
	30. minut.	15.	23.
	15. minut.	7.	23.
	5. minut.	2.	16.
	1. minut.	0.	16.

respondent

ANNO DOMINI 1596.

ANno domini 1596. Die 2. Aprilis, poſt meridiem, noctu, hora minoris horologij 9. minut: 49. Erit Eclipſis Lunæ, punct: 4. minut: 7. in grad: 23. minut: 22. Libræ, non procul à cauda Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 8. minut: 43. Finis hora 10. minut: 55. ſingulis relatis ad tempus pomeridianum nocturnum diei 2. Aprilis. Huius autem eclipſis effectus incipient die 17. Iulij, & die 20. Septembris eodem anno domini deſinent.

		Dies.	Horæ.
In hac Eclipſi	1. horæ	34.	8.
	30. minut:	17.	4.
	15. minut:	8.	14.
	5. minut:	2.	20.
	1. minut:	0.	14.

respondent

Anno domini ſequente 1597. nulla eclipſis viſibilis nobis apparebit.

ANNO DOMINI 1598.

ANno domini 1598. die 11. Februarij, mane, hora minoris horologij 6. minut: 57. Erit Eclipsis Lunæ punct: 11. minut: 53. in grad: 2. minut: 52. Virginis, non procul à cauda Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 5. min: 17. Finis hora 8. minut: 37. singulis relatis ad tempus matutinum diei 11. Februarij. Sed Augustani neq; medium neq; finem huius Eclipsis cernere poterunt. Nam tum Sol apud eos orietur hora 6. min: 47. eaq; de causa Luna in diametro Solis constituta, occidet circiter puncta $10\frac{2}{3}$. tenebrosa, Veruntamen crescente illa quantitate obscurationis. Cū igitur Augustani neq; medium neq; decrementū visuri sint, multo minus ij, qui respectu Augustanorum orientaliores sunt, id videbunt. Quinimmo illi, qui Hadrianopolin ciuitatem Bulgariæ incolunt, ac locum longitudinis similem, eclipsim hanc penitus nō habebunt. Contra qui Augusta Vindelicorum occidentaliores sunt hora 1. min: 50. illi totius durationis spatiū obseruare poterunt. Deinde qui Heydelbergę, ciuitate Palatini ducatus versantur, ij vltra principium, medium quoq; eclipsis videbunt, modo nubium impedimenta absint. Exhibebit autem effectus suos post integrū annum, hoc est die 11. Februar: anno dñi 1599. quos quidem ad exitum perducet die 21. Maij eodem anno domini.

		Dies.	Horæ.
In hac Eclipsi	1. horæ	26.	22.
	30. minut.	13.	11.
	15. minut.	6.	17.
	5. minut.	2.	6.
	1. minut.	0.	11.

ANno dñi 1598. die 24. Februarij, paulo ante meridiem, hora minoris horologij 11. min: 11. Erit Eclipsis Solis, punct: 8. min: 20. in grad: 17. min: 3. Piscium, nō procul à capite Draconis. Eius principium cōtinget hora minoris horologij 10. min: 13. ante meridiem. Finis hora 12. min: 9, paulo post meridiem. Huius aūt eclipsis effectus incipient die 29. Iulij eodem anno dñi 1598. & die 4. Iulij anno dñi 1600. desinent.

		Dies.	Horæ.
In hac Eclipsi	1. horæ.	32.	12.
	30. minut.	16.	6.
	15. minut.	8.	3.
	5. minut.	2.	17.
	1. minut.	0.	13.

ANno domini 1598. die 6. Augusti, post meridiem, vesperi, hora minoris horologij 7. minut: 58. Erit Eclipsis Lunæ integra, punct: 13. minut: 7. in grad: 23. min: 18. Aquarij, propè caput Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 6. minut: 14. vbi Luna vmbram terræ subire incipiet, ac magis magisq; se in eam immerget, donec sonet hora minoris horologij 7. min: 35. tum enim omnino obscurabitur. Permanebit autem in illa obscuratione usq; ad horam minoris horologij 8. minut: 21. statim postea rursus ex vmbra terræ progredi incipiet, sicq; sensim magis ac magis lumen suum acquiret, donec audiatur hora minoris horologij 9. minut: 42. vbi vmbram terræ planè excedet, & perfectum suum splendorem recuperabit. Sed Augustani principium huius eclipsis cernere non poterunt, neq; etiam illi, qui ijs infra $12\frac{1}{2}$ gradus longitudinis, orientaliores fuerint. Multo minus vero ij, principium huius eclipsis videbunt, qui respectu Augustanorū occidentaliores sunt. Immo horum nonnulli, qui 54. minutis temporis ab Augustano meridiano versus occidentem distiterint, neq; ipsum medium obseruare poterunt. Hæc autem eclipsis effectus suos auspicabitur die 7. Septembris, quos quidem ad exitum perducet die 19. Decembris eodem anno domini 1598.

		Dies.	Horæ
In hae Eclipsi	1. horæ.	36.	24.
	30. minut.	18.	12.
	15. minut.	9.	6.
	5. minut.	3.	2.
	1. minut.	0.	15.

ANNO DOMINI 1599.

ANno domini 1599. die 31. Ianuarij, mane, hora minoris horologij 7. minut: 6. Erit Eclipsis Lunę, integra punct: 15. min: 15. in grad: 21. min: 33. Leonis, prope caudã Draconis. Eius principium cõtinget hora minoris horologij 5. min: 16. vbi Luna vmbram terræ subire incipiet, ac magis magisq; se in eam immerget, donec sonet hora minoris horologij 6. minut: 28. tum enim omnino obscurabitur. Permanebit autem in illa obscuratione vsq; ad horam minoris horologij 7. minut: 44. statim postea rursus ex vmbra terræ progredi incipiet, sicq; sensim magis ac magis lumen suum acquiret, donec audiatur hora minoris horologij 8. minut: 56. vbi vmbram terræ planè excedet, & perfectum suum splendorem recuperabit. Sed Augustani finem huius eclipsis cernere non poterunt. Sol enim tunc apud eos orietur hora 7. minut: 6. eaq; de causa Luna ex diametro Solis constituta, occidet tota tenebrosa, idq; in ipso puncto suæ maximæ obscurationis, dum videlicet altissimè in vmbra terræ versabitur. Cum igitur Augustani finem eclipsis nequaquam visuri sint, multo minus ij, qui respectu Augustanorum orientaliores sunt, eum videbunt. Immo horum neq; ipsum medium obseruare poterunt, sed incrementum tantum. Qui Constantinopolin Græciæ incolunt, illi eclipsim hanc prorsus non habebunt. Contra qui hora 1. min: 50. temporis versus occidentem plus distiterint, quàm Augustani, ij integræ durationis spacium facile deprehensuri sunt. Reliqui qui inter hos & Augustanos collocantur, vltra principij ac medij dispositionem, decrementi etiam aliquam partem videbunt, eoq; maiorem, quo plus ab Augusta Vindelicorum versus illos occidentales populos recesserint. Huius porro eclipsis operationes initium sument post integrum annum, hoc est die 31. Ianuarij, anno domini 1600. & die 19. Maij, eiusdem anni domini desinent.

			Dies.	Horæ.
In hac eclipsi	1. horæ 30. minut.	respondent	25.	17.
	15. minut.		12.	20.
	5. minut.		6.	10.
	1. minut.		2.	3.
			0.	10.

ANNO DOMINI 1600.

ANno domini 1600. die 30. Iunij, poſt meridiem, hora minoris horologij 1. minut: 33. Erit Eclipſis Solis punct: 7. min: 33. in grad: 18. min: 11. Cancri, propè caudam Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 12. minut: 35. Finis hora 2. minut: 31. ſingulis relatis ad tempus pomeridianum diei 30. Iunij. Hæc autem eclipſis effectus ſuos auſpicabitur die 3. Februarij anno domini 1601, quos quidem ad exitum perducet die 9. Ianuarij anno domini 1603.

			Dies.	Horæ.
In hac Eclipſi	1. horæ 30. minut:	reſpondent	23.	9.
	15. minut:		11.	17.
	5. minut:		5.	21.
	1. minut:		1.	23.
			0.	9.

ANNO DOMINI 1601.

ANno domini 1601. die 29. Nouembris, poſt meridiem noctu, hora minoris horologij 7. minut: 38. Erit eclipſis Lunæ punct: 11. min: 2. in grad: 18. minut: 4. Geminorum, non procul à cauda Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 5. minut: 55. Finis hora 9. min: 21. ſingulis relatis ad tempus pomeridianum nocturnum diei 29. Nouembris. Qui Auguſtanis occidentaliores ſunt hora 1. minut: 47. temporis, ij incrementum huius Eclipſis nequaquam cernere poterunt. Producet autem effectus ſuos die 17. Februarij, anno domini 1602. qui quidem ceſſabunt die 30. Maij anno domini eodem.

			Dies.	Horæ.
In hac Eclipſi	1. horæ 30. minut.	reſpondent	23.	5.
	15. minut.		11.	14.
	5. minut.		5.	19.
	1. minut.		1.	22.
			0.	9.

ANno domini 1601. die 14. Decembris, poſt meridiem, veſperi, hora minoris horologij 2. minut: 54. Erit Eclipſis Solis, punct: 7. minut: 36. in grad: 3. minut: 14. Capricorni, non procul à capite Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 1. min: 48. Finis hora 4. minut: 0. ſingulis relatis ad tempus pomeridianum veſpertinum diei 14. Decembris. Qui Ratiſponæ ciuitate Imperiali degunt, finem huius Eclipſis non videbunt, multoq; minus illi, qui ijs adhuc orientaliores fuerint. Quinimmo horum nonnulli, potiſſimum qui Clauſemburgi ciuitate Tranſiluaniæ verſantur, neq; ipſum medium cernere poterũt, ſed incrementum tantũ. Hæc autem eclipſis effectus ſuos incipiet die 21. Octobris anno domini 1602. qui quidem die 2. Ianuarij anno domini 1605. deſinent.

			Dies.	Horæ.
In hac eclipſi	1. horæ 30. minut.	reſpondent	44.	21.
	15. minut.		22.	10.
	5. minut.		11.	5.
	1. minut.		3.	17.
			0.	18.

ANNO DOMINI 1602.

ANno domini 1602. die 25. Maij, poſt meridiem, veſperi, hora minoris horologij 7. minut: 36. Erit eclipſis Lunæ valde magna, punct: 19. minut: 48. in grad: 13. minut: 44. Sagittarij, propè caput Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 5. minut: 42. vbi Luna vmbram terræ ſubire incipiet, ac magis magisq; ſe in eam immerget, donec ſonet hora minoris horologij 6. min: 46. tum enim omnino obſcurabitur. Permanebit autem in illa ſumma obſcuratione vſq; ad horam minoris horologij 8. minut: 26. ſtatim poſtea rurſus ex vmbra terræ progredi incipiet, ſicq; ſenſim magis ac magis lumen ſuum acquiret, donec audiatur hora minoris horologij 9. minut: 30. vbi vmbram terræ planè excedet, & perfectum ſuum ſplendorem recuperabit. Sed Auguſtani neq; principium neq; medium huius eclipſis cernere poterunt. Sol enim tunc apud eos occidet hora 7. minut: 49. eaq; de cauſa Luna ex diametro Solis conſtituta orietur tota tenebroſa, veruntamẽ decreſcente illa quantitate obſcurationis. Cum igitur Auguſtani neq; incrementum neq; medium viſuri ſint, multo minus ij, qui reſpectu Auguſtanorum occidentaliores ſunt, id videbunt. Quinimmo illi qui hora 1. minut: 41. temporis verſus occidentem plus diſtiterint, quàm Auguſtani, eclipſim hanc prorſus non habebunt. Qui vero inter hos & Auguſtanos collocantur, decrementi tantum partem cernere poterunt, eoq; minorem, quo magis ab Auguſta Vindelicorum verſus illos populos occidentales receſſerint. Deinde qui Lintzium Danubianum incolunt, medium huius eclipſis videbunt, item & principium, ſed finem minimè. Qui præterea duabus horis ac minut: 7. temporis verſus orientem plus diſtant quàm Auguſtani, totius durationis ſpatium obſeruare poterunt. Exeret autem effectus ſuos ſtatim eo ipſo die, quo fiet, hoc eſt die 25. Maij eodem anno domini 1602. quos quidem finiet die 15. Septembris anno domini 1603.

			Dies.	Horæ.
In hac Eclipſi	1. horæ	reſpondent	43.	15.
	30. minut:		21.	19.
	15. minut:		10.	21.
	5. minut:		3.	15.
	1. minut:		0.	17.

ANNO DOMINI 1603.

ANno domini 1603. Die 15. Maij, ſummo mane, minut: 10. ante primam horam minoris horologij. Erit Eclipſis Lunæ, punct: 7. minut: 5. in grad: 3. minut: 14. Sagittarij, non procul à capite Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 11. minut: 25. Finis hora 2. minut: 15. ſingulis relatis ad tempus ſummum matutinum diei 15. Maij. Hæc autem eclipſis effectus ſuos auſpicabitur die 17. Decembris, anno domini eodem, qui quidem ceſſabunt die 10. Martij anno domini 1604.

			Dies.	Horæ.
In hac Eclipſi	1. horæ	reſpondent	42.	6.
	30. minut:		21.	3.
	15. minut:		10.	13.
	5. minut:		3.	12.
	1. minut:		0.	17.

ANno domini 1603. die 8. Nouembris, poſt meridiem, noctu, hora minoris horologij 7. minut: 37. Erit Eclipſis Lunæ parua, punct: 1. min: 46. in grad: 26. minut: 8. Tauri, non procul à cauda Draconis. Eius principium continget poſt meridiem veſperi, hora minoris horologij 6. minut: 53. Finis, poſt meridiem noctu, hora 8. minut: 21. ſingulis relatis ad diem 8. Nouembris. Hęc autem eclipſis effectus ſuos incipiet die 22. Ianuarij, anno domini 1604. quos quidem ad exitum perducet die 5. Martij eodem anno domini.

			Dies.	Horæ.
In hac Eclipſi	1. horæ	reſpondent	24.	5.
	30. minut:		12.	2.
	15. minut:		6.	1.
	5. minut:		2.	0.
	1. minut:		0.	10.

Anno domini ſequente 1604. nulla eclipſis viſibilis apud nos apparebit.

ANNO DOMINI 1605.

ANno domini 1605. die 24. Martij, post meridiem, noctu, hora minoris horologij 9. minut: 42. Erit Eclipsis Lunæ punct: 11. minut: 56. in grad: 14. minut: 24. Libræ, non procul à capite Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 8. min: 1. Finis hora 11. minut: 23. singulis relatis ad tempus pomeridianũ nocturnum diei 24. Martij. Huius eclipsis effectus incipient die 8. Iulij, & die 16. Octobr: anno domini eodem desinent.

			Dies.	Horæ
In hac Eclipsi	1. horæ.	respondent	32.	16.
	30. minut.		16.	8.
	15. minut.		8.	4.
	5. minut.		2.	17.
	1. minut.		0.	13.

ANno domini 1505. die 17. Septembr: mane, hora minoris horologij 5. minut: 5. Erit Eclipsis Lunæ punct: 8. min: 0. in grad: 3. min: 54. Arietis, non procul à caudæ Draconis. Eius principium continget hora minoris horologij 3. minut: 35. Finis horæ 6. minut 35. singulis relatis ad tempus matutinum diei 17. Septembr: Sed Augustani finem huius eclipsis cernere non poterunt. Sol enim tunc apud eos orietur hora, 6. min: 8. eaq; de causa Luna ex diametro Solis constituta occidet tenebrosa circitèr punct: 2 1/2. Veruntamen decrescente illa quantitate obscurationis. Cum igitur Augustani finẽ eclipsis nequaquam visuri sint, multo minus ij, qui respectu Augustanorum orientaliores sunt eum videbunt, Quinimmo illi, qui Bellogradi ciuitate Vngarię versantur, neq; ipsum medium cernere poterunt. Deinde qui Louanij ciuitate Brabantiæ habitant, integram durationem huius eclipsis facile obseruaturi sunt. Exeret autem effectus suos die 16. Augusti anno domini 1606. quos ad exitũ perducet die 13. Nouembris anno domini eodem.

			Dies.	Horæ.
In hac Eclipsi	1. horæ	respondent	29.	18.
	30. minut.		14.	21.
	15. minut.		7.	10.
	5. minut.		2.	11.
	1. minut.		0.	12.

ANno dñi 1605. die 2. Octobris, post meridiem, hora minoris horologij 2. min: 16. Erit Eclipsis Solis magna, punct: 11. min: 42. in grad: 19. min: 10. Libræ, non procul à capite Draconis. Eius principiũ cõtinget hora minoris horologij 1. min: 15. Finis hora 3. minut: 17. singulis relatis ad tempus pomeridianum diei 2. Octobris. Qui Caphę ciuitate Tartariæ degunt, finem huius eclipsis non videbunt, Multoq; minus illi, qui ijs adhuc orientaliores fuerint. Hæc autem eclipsis effectus suos auspicabitur die 16. Iunij anno domini 1606. qui quidem desinent die 28. Iunij anno domini 1608.

			Dies.	Horæ.
In hac Eclipsi	1. horæ.	respondent	33.	14.
	30. minut.		16.	19.
	15. minut.		8.	9.
	5. minut.		2.	19.
	1. minut.		0.	13.

Anno domini sequente 1606. nulla visibilis eclipsis apud nos conspicietur.

ABſoluta hac noſtra Eclipſium deſcriptione, ad reliquorũ etiam autorum opiniones tranſeundum eſt. Ac quantum ad Peurbachij rationes attinet, ſcire debet lector, nos in prima parte operis, ſub ipſis typis, ſingularum eclipſium initia, progreſſiones & fines diligenter annotaſſe, ita ut hoc loci ea altius repetere ſuperuacaneũ ſit. Etſi autem ibidem minus copioſè ac dilucidè rem tradidi, nimirum quod non expoſuerim, quibusnam incolis vel incrementi vel decrementi pars, aut ipſius medij, ſeu totius durationis diſpoſitio apparitura ſit, Item quando tempus effectuum futurum: tamen ea omnia, obſeruata noſtra antecedenti methodo, & adhibita ex indice meridianorum differentia, conſultiſq; eius doctrinæ præceptis, facile intelligentur, ac eo modo conſtitui poterunt, quo nos fecimus. Nunc eclipſium initia, progreſſiones ac fines de ſententia Nicolai Copernici ad Meridianum Auguſtanum breuiter deſcribere volo, ne quid ſtudioſi in nobis deſiderent. Supputaui vero Eclipſes duntaxat Solares. Lunares enim Eclipſes plurimas vidi, & vigilantiſſimè obſeruaui. Vnde ipſa experientia ſum edoctus rationes earum, ex noſtris tabulis deſumptas, veriſſimas eſſe, ac quàm maximè ad punctum temporis accedere, Quod quidem ſtudioſi ipſi deprehendent, cum accuratius cœlum inſpexerint. Sed in Eclipſibus Solaribus tantum experientiæ non habeo. Vix enim quinq; aut ſex perfectè vidi & obſeruaui. Vnde nihil certi de earum rationibus polliceri poſſum, neq; etiam conſultum eſſe videtur ex tam paucis exemplis certitudinem aliquam conſtituere. Proinde de tempore Eclipſium Solarium ſuo quiſq; arbitratu iudicet, ſiue Copernici, ſiue Peurbachij, ſiue meam rationem ſequi maluerit.

DESCRIPTIO INITII, PROGRESSIONIS AC FINIS cuiusq; Solaris Eclipſis, ſecundum Copernicum.

Anno domini 1556. die 2. Nouembris mane, etſi eclipſis Solis magna fiet, tamen eam hic de ſententia Copernici penitus non videbimus. Continget enim ſub Horizonte noſtro. Qui Conſtantinopolim ciuitatem Grçciæ incolunt, item Tartariam magnam, apud eos aliquantum ſupra terrã eleuatus lumen ſuum ex contactu Lunæ amittet, idq; circiter punct; 9.

ANNO DOMINI 1558. Die 18. Aprilis.

			Hora	Min:
Eclipſis Solis	Principium	Erit poſt meridiem, horologij minoris	1	27
punct: 1. min: 33.	Medium		1	57
in grad: 7. ♉	Finis		2	27

Cuius Effectus incipient die 6. Decembris, anno domini eodem, & viciſſim die 6. Decembris anno domini 1559. deſinent.

ANNO DOMINI 1560. Die 21. Auguſti.

			Hora	Min:
Eclipſis Solis	Principium	Erit poſt meridiem horologij minoris	0	3
pũct: 7. min: 25.	Medium		1	0
in grad: 7. ♍.	Finis		1	57

Cuius Effectus incipient die 18. Martij anno domini 1561. & die 9. Februarij anno domini 1563. deſinent.

ANNO DOMINI 1563. Die 20. Iunij.

			Hora	Min:
Eclipſis Solis	Principium	Erit poſt meridiem horologij minoris	3	49
punct: 7. min: 8. in grad: 7. ♋	Medium		4	49
	Finis		5	49

Cuius Effectus incipient die 8. Aprilis anno domini 1564. & viciſsim die 8. Aprilis anno domini 1566. deſinent.

ANNO DOMINI 1567. Die 9. Aprilis.

			Horā	Min:	
Eclipſis Solis pūct: 10. mi: 26. in grad: 28: ♈. Cuius	Principium	Erit, cum ſonabit horologium minus	10	27	ante meridiem.
	Medium		11	31	ante meridiem.
	Finis		12	35	poſt meridiem.

Effectus incipient die 24. Septembris eodem anno domini, & die 12. Nouembris anno domini 1569. deſinent.

ANNO DOMINI 1574. Die 13. Nouembris.

			Hora	Min:	
Eclipſis Solis punct: 6. mi: 5. in grad: 1. ♐. Cuius	Principium	Erit poſt meridiem horologij minoris	3	19	
	Medium		4	21	Auguſtæ videbitur, ſed Landeshutæ Bauariæ minimè, neq; etiam in locis orientalioribus.
	Finis		5	23	Auguſtæ Vindelicorum non videbitur, ſed apud Nannetes populos Britannici ducatus.

Effectus incipient die 12. Nouembris anno domini 1575. & die 6. Decembris anno domini 1577. deſinent.

ANNO DOMINI 1582. Die 20. Iunij.

			Hora	min:	
Eclipſis Solis pūct: 3. mi: 45. in grad: 7. ♋. Cuius	Principium	Erit ante meridiem horologij minoris	3	36	Auguſtæ vindelicorum non videbitur, ſed Poſonij, atq; etiam in locis orientaliori bus.
	Medium		4	20	Auguſtæ Vindelicorum videbitur, ſed Baſileæ minimè, neq; etiam in locis occidentalioribus.
	Finis		5	4	Andegauiæ, ciuitate Galliæ non videbitur, neq; etiam medium aut principium.

Effectus incipient die 24. Iunij eodem anno domini, & die 11. Decembris anno domini 1583. deſinent.

ANNO DOMINI 1584. Die 30. Aprilis.

			Ho.	m.	
Eclipſis Solis punct: 2. mi: 58. in grad: 19. ♉ Cuius	Principium	Erit ante meridiem horologij minoris	4	25	Auguſtæ Vindelicorum non videbitur, ſed Pragæ ciuitate Bohemiæ, atq; etiam in locis orientalioribus.
	Medium		5	3	Auguſtę Vindelicorum videbitur, ſed Cathalauni ciuitate Galliæ Belgicæ minimè, neq; etiam in locis occidentalioribus.
	Finis		5	41	Rhocellæ ciuitate ducatus Britanniæ non videbitur, neq; etiam medium aut principium.

Effectus incipient die 10. Maij eodem anno domini, & die 15. Auguſti anno domini 1585. deſinent.

ANNO DOMINI 1590. Die 21. Iulij.

			Hora	Min:
Eclipſis Solis pūct: 8. mi: 20. in grad: 7. ♌. Cuius	Principium	Erit ante meridiem horologij minoris	6	8
	Medium		7	10
	Finis		8	12

Effectus incipient die 22. Septembris eodem anno domini, & die 16. Octobris anno domini 1592. deſinent.

ANNO DOMINI 1591. Die 10. Iulij.

				Hora	Min:
Eclipsis Solis	Principium	Erit post meridiem horologij minoris		2	32
pũct: 2. mi: 14.	Medium			3	8
in grad: 27. ☌.	Finis			3	44

Cuius Effectus incipient die 22. Martij anno domini 1592. & die 3. Iunij anno domini 1593. desinent.

ANNO DOMINI 1593. Die 20. Maij.

				Hora	Min:
Eclipsis Solis	Principium	Erit post meridiem horologij minoris		1	31
pũct: 2. mi: 30.	Medium			2	5
in grad: 9. ♊.	Finis			2	39

Cuius Effectus incipient die 5. Ianuarij anno domini 1594. & die 23. Februarij anno domini 1595. desinent.

ANNO DOMINI 1595. Die 23. Septembris.

				Hora	Min:
Eclipsis Solis	Principium	Erit post meridiem horologij minoris		0	32
pũct: 2. mi: 30.	Medium			1	7
in grad: 10. ♎.	Finis			1	42

Cuius Effectus incipient die 27. Aprilis anno domini 1596. & die 27. Iunij anno domini 1597. desinent.

ANNO DOMINI 1598. Die 24. Februarij.

				Hora	Min:
Eclipsis Solis	Principium	Erit ante meridiem horologij minoris		9	41
pũct: 9. min: 4.	Medium			10	40
in grad: 17. ♓.	Finis			11	39

Cuius Effectus incipient die 12. Iulij anno domini eodem, & die vltimo Iunij anno domini 1600. desinent.

ANNO DOMINI 1600. Die 30. Iunij.

				Hora	Min:
Eclipsis Solis	Principium	Erit post meridiem horologij minoris		0	11
pũct: 7. mi: 55.	Medium			1	10
in grad: 17. ♋.	Finis			2	9

Cuius Effectus incipient die 25. Ianuarij anno domini 1601. & die 13. Ianuarij anno domini 1603. desinent.

ANNO DOMINI 1601. Die 14. Decembris.

				Hora	Min:	
Eclipsis Solis	Principium	Erit post meridiem horologij minoris		1	13	
punct: 8. mi: 2.	Medium			2	20	
in grad: 3. ♑.	Finis			3	27	Augustæ Vindelicorum videbitur, sed Cracouię ciuitate Polonię minimè, nec etiam in locis orientalioribus.

Cuius Effectus incipient die 26. Septembris anno domini 1602, & die 20. Decembris anno domini 1604. desinent.

ANNO DOMINI 1605. Die 2. Octobris.

			Hora	Minuta
Eclipsis Solis	Principium	Erit post meridiem horologij minoris	1	1
pũct: 11. mi: 20.	Medium		2	1
in grad: 19. ♎.	Finis		3	1

Cuius Effectus incipient die 8. Iunij anno domini 1606. & vicissim die 8. Iunij anno domini 1608. desinent.

Hæc autem descriptio initij, medij ac finis eclipsium effectuumq; earum, quæ ad meridianum Augustanum refertur, ad quemuis alium meridianum applicari commode poterit, idq; adhibito indice & eius doctrinæ præceptis, ut infra fusius docebitur.

Hactenus Astronomica tractaui, quæ in inquisitione causarum & demonstrationibus consistunt. Iam ad Astrologica venio, quę circa effectus earum causarũ versantur. Quanquam autem hæc posteriora non ita firmis rationibus nituntur, neq; adeò certas regulas habent, ut illa priora: tamen quatenus longa obseruatione de euentibus præcepta à plurimis collecta sunt, & ipsa experientia nos quoq; de ijs edocuit, fideliter pro eo ac decet, singula excussimus. Primum igitur cuiuslibet eclipsis significationes exposui, ac per circumstantias amplificaui, quas ad certum tempus effectuum retuli, adiectis euidentissimis rationibus singularum prædictionum. Cui etiam causas annexui, vtrũ eæ significationes graues & asperæ: an vero lenes ac minus nocuæ futuræ sint. Vltimo explicationem illam significationum ad specialiorem quandam cognitionem deduxi, applicans eam peculiaribus regionibus & ciuitatibus pro ratione quadrangulorum. Sed quia plerq; vrbes incerta habent primordia, & quibus signis aut planetis quælibet prouincia pareat, non satis exploratum est, fit ut in iudicando scopus non semper attingatur. Postea pari modo explicationem illam significationum ad homines priuatos accõmodaui, in quo sua cuiq; genitura consideranda erit. Nam omnes persequi nemo Astrologus potest. Principum etiam tuto nominari non possunt.

DE REGIONIBVS AC CIVITATIBVS DVODECIM signis Zodiaci subiectis.

Sub primo quadrangulo continentur.

- ♈ Aries habet.
  - EX REGIONIBVS, Bastarniam, Syriam, Palæstinam, Galliam, Britanniam minorem, Burgundiam superiorem, Vuestriæ partem, Germaniam, Sueuiam, Silesiam superiorem, Poloniam minorem. EX VRBIBVS, Neapolin, Capuam, Anconam, Imolam, Ferrariam, Florentiam, Veronam, Bergomum, Lindauiam, Traiectum, Brunsuicum, Cracouiam, Maßiliam, Cæsaraugustam.
- ♋ Cancer habet.
  - EX REGIONIBVS, Numidiam, Africam, Bithyniã, Phrygiam, Colchidem, Carthaginem, Granatæ regnum, Franciæ regnum, Burgundiæ Comitatum, Hollandiam, Selandiam, Scotiæ regnum, Prußiam. EX VRBIBVS, Constantinopolin, Tunetum, Venetias, Genuam, Lucam, Pisam, Mediolanum, Vicentiam, Bernam, Treuerim, Eboracum, S. Andream, Lubecum, Magdeburgum, Gorlizium.
- ♎ Libra habet.
  - EX REGIONIBVS, Bactrianam, Caspiam, Seres, Thebaïda, Oasim, Trogloditicam, Aethiopiam, Thusciam, Sabaudiã, Delphinatum, Alsatiam, Sundgauiam, Liuoniam, Austriam. EX VRBIBVS, Olysipponem, Arelatum, Caietam, Laudam, Suessam, Placentiam, Veldkirchium, Friburgum Brisgoiæ, Argentinam, Spiram, Francofordiam ad Mœnum, Halam Sueuorum, Vuimpinam, Heylprunnam, Frisingam, Mosbachium, Landshutam, Vicennam Austriæ.
- ♑ Capricornus habet.
  - EX REGIONIBVS, Indiam, Arrianam, Gedrosiam, Macedoniam, Illyridem, Thraciam, Boßniam, Albaniam, Bulgariam, Græciam, Masouiam, Lituaniam, Saxoniam, Hesßiam, Turingiam, Marchiam Stiriæ, Orchades insulas, EX VRBIBVS, Iuliacum, Cleuoniam, Bergam, Machliniam, Gandauum, Oxoniam, Vilnã, Brandeburgũ, Augustam Vindelicorũ, Constantiam, Derthonã, Faucntiam.

Sub secundo quadrangulo continentur.

- ♉ Taurum habet.
  - EX REGIONIBVS, Parthiam, Mediam, Persiam, Arcipelagi insulas, Cyprum, Asiam minorem maritimam, Russiam albam, Poloniam maiorem, Suetiæ partem, Irlandiam seu Hyberniam, Lotharingiam, Campaniam, Heluetiam, Rhetiam, Franconiam. EX VRBIBVS, Burgum Hispaniæ, Bononiam, Senas, Mantuam, Tarentum, Panormum, Perusium, Parmam, Caput Histriæ, Brixiam, Tigurum, Lucernam, Nanceium, Metim, Herbipolim, Caroloſtadium, Lipsiam, Posnam, Gnesnam, Nouogardiam.
- ♌ Leo habet.
  - EX REGIONIBVS, Phœniciam, Chaldeam, Orchiniam, Galliam togatam, Alpes, Italiam, Siciliam, Apuliam, Bohemiæ regnum, Turciæ partem, Aemiliam, Sabinam. EX VRBIBVS. Damascum, Syracusas, Romam, Rauennam, Cremonam, Vlmam, Confluentiam, Pragam, Linzium, Cremisium.
- ♍ Virgo habet.
  - EX REGIONIBVS, Matragonitidam, Commagenam, Cappadociam, Iudæam, Idumæam, Mauritaniam, Getuliam, Cathaloniam, Norduegiam, Suetiam occidentalem, Bauariam superiorem. EX VRBIBVS, Algeram, Valentiam hispaniæ, Trapezuntem, Vrbinum, Aquileiã, Pistorium, Camerinũ, Taruisium, Patauium, Forum Iulium, Messanam, Viennam Allobrogum, Aychstadium, Monacum, Gedanum.

Sub tertio quadrangulo continentur.

- ♎ Scorpius habet.
  - EX REGIONIBVS, Oxianã, Sogdianã, Arabiam desertã et petream, Azaniam, Amazoniã, Sarmatiã, Tartariã magnã, VValachiam, Russiam rubeã, Daniã, Suetiæ meridionalem partem, VVestphaliam, Mosellanos, Pedemontium, Bauariæ partem. EX VRBIBVS. Hamburgum, Bremam, Montem ferratum, Pisaurum, Tridentum, Salisburgum, Ingolstadium.
- ♏ Aquarius habet.
  - EX REGIONIBVS, Hyrcaniam, Armeniam, Martianam, Cyrenaicam, Marmaricam, Aegyptum inferiorem, Sardiniam, Longobardiæ partem, Flandriam, Brabantiam, VVirtenbergensem ducatum. EX VRBIBVS, Cordubam, Viterbium, Cesenam, Turinum, Vercellas, Rhegium, Louanium, Brugas, Lendinum, Moguntiam, Kitzingum, Hassfordiam, Bambergam, Norimbergam, Villacum.
- ♐ Sagittarius habet.
  - EX REGIONIBVS, Mesopotamiam, Babyloniam, Assiriam, Achaiam, Græciam, Croaciam, Carinthiam, Athesinam, Cretam, Atheniensem ducatum, Galliæ comatæ partem, Rheni partem, Silesiam inferiorem. EX VRBIBVS. Hierosolymam, Corinthum, Rhodum, Nouariam, Arctium, Cumas, Brundusium, Papiam, Signiam, Tolosam, Lugdunum, Luttetiam Parisiorum, Basileam, Heydelbergam, Erphordiam, VVratislauiam.
- ♓ Pisces habent
  - EX REGIONIBVS, Arabiam felicem, Tyrrheniam, Celticam, Hispaniam, Dalmatiam, Sclauoniam, Vngariam, Morauiam, Misniam. EX VRBIBVS, Toletum, Volaterras, Mutinam, Narbonam, Aucnionem, Coloniam Agrippinam, Stutgardiam, Rotenburgum Tuberinum, Iudenburgum, Budam, Caschouiam.
  - EX REGIONIBVS, Phazaniam, Nazomonitidem, Garamantes, Lydiam, Pamphiliam, Ciliciam, Calabriam, Portugalliam, Normandiam. EX VRBIBVS, Alexandriam, Sibiliam siue Hyspalim, Compostellam, Parentium, Rothomagum, VVormatiam, Ratisponam.

Sic de sententia Astrologorum regiones ac urbes duodecim signis Zodiaci subijciuntur, à qua ego recedere nolui, cum meliorem nesciam. Rationem tamen eius probabilem reddere, omnino difficile est. Quibus autem planetis singulæ prouinciæ & ciuitates pareant, nec; de eo satis firma argumenta constant. Nonnulli autores situm eas rum per climata, ipsis planetis addicta, distribuunt. Saturno clima primum applicant. Ioui secundum. Marti, tertium, & sic deinceps de alijs ordine iudicant. Quod mihi ualde generale esse uidetur. Ego illam distributionem ex natura duodecim signorum Zodiaci ad planetas refero. Saturno eas regiones ac ciuitates applico, quæ Capricorno & Aquario subsunt. Ioui, quæ Sagittario ac Piscibus. Marti, quæ Arieti & Scorpioni. Soli, quæ Leoni. Veneri, quæ Tauro ac Libræ. Mercurio, quæ Geminis & Virgini. Lunæ, quæ Cancro. Si enim alicuius ciuitatis primordium sumitur à signo Ascendentis, consequitur etiam id à domino Ascendentis non fore alienum, cum Ascendens & dominus eius in significando eandem ferè uim obtineant, Veruntamen de hoc admodum anxiè contendere nolo, Quisq; suo arbitratu ea de re iudicet. Ego quid sentirem, paucis aperire uolui.

SEQVVNTVR PRAEDICTI-
ONES ASTROLOGICAE AD COMPLV-
res annos futuros, quæ ex eclipſibus poſituq; ſide-
rum, tempore earum decerptæ ſunt.

Per Cyprianum Leouitium à Leonicia.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM
domini 1555, ſub cuius tempore effectus eclipſis Lunaris graſſa-
buntur, quæ anno domini 1554. die 9. Decembris ponitur.

GVbernator huius eclipſis eſt Mercurius, cum participatione Saturni. Mercurius enim ei ſigno præeſt, in quo eclipſis fit. Saturnus vero locum Mercurij diſponit, atq; etiam terminum in gradu eclipſis obtinet. Quapropter reſpectu horum duorum planetarum, occulte fraudes, varij doli & impoſturæ deſignantur. Secundo cum locus eclipſis in octauam ac ſignum humanum incidat, portendit interitum multorum hominum ex peſte. Tertio cum eclipſis Lunæ in antedicta domo conſtituatur in gradu 27. geminorum, dignitate videlicet eſſentiali Mercurij ac finibus Saturni, denunciat obitum cuiusdam reginæ prouectæ ætatis, Item illuſtriſsimæ cuiusdam matronæ ingenio & virtute præditæ. Quarto cum locus eclipſis ad principium nonæ domus ſe extendat atq; eidem imperet, deinde cum Mercurius tertiam poſsideat, mortem quorundam eccleſiaſticorum, poteſtate eminenti fulgentium indicat, potiſsimum qui de natura Mercurij & Saturni ſunt. Minatur præterea graues diſceptationes ac diſſenſiones in religione, atq; clandeſtina odia inter fratres, conſanguineos & affines. Vltimo cum Saturnus in ſigno aqueo quintam domum lauciatus à Marte occupet, immaturitatem fructuum oſtendit, ex frequenti pluuia. Sed hæc ſingula, quæ iam enumeraui, mala, Iupiter ac Venus leniunt, qui ſuos beneficos radios ad locum eclipſis proijciunt. Neq; tamen id auxilij largiter præſtare poſſunt, cum alterius planetę aſpectus ex loco cœli cadente procedat: alterius uero prorſus platycus ſit. Manẽt ergo adhuc ſatis firma & valida indicia impendentis calamitatis, Quæ potiſsimum ad eas prouincias & ciuitates referenda ſunt, quæ tertio quadrangulo, ac ſigno Capricorni ſubiacent. Inter eas autem primas partes obtinebunt, quæ Geminis parent: ſecundas, quæ Sagittario: tertias, quę Virgini: quartas, quæ Piſcibus: vltimas, quæ Capricorno. Poſtea obſeruata hac quoq; gradatione referendæ ſunt illæ malignæ ſignificationes eclipſis ad homines, in quorum natiuitatibus ſeu reuolutionibus locus Horoſcopi, Solis aut Lunæ fuerit 27. gradus vel circitèr Geminorum, Sagittarij, Virginis vel Piſcium. Ii etenim vltra expoſitas aduerſitates vexabuntur animi perturbationibus & infirmitatibus corporis. Nonnulli eorum de vita periclitabuntur, quorum videlicet Hylech antedicta orbis ſigniferi loca tenuerit. Item qui medium cœli aut

partem fortunæ in eisdem Zodiaci partibus habuerint, illi honorũ, magisterij & opum iacturam facient. Qui vero Saturnum, Iouem, Martem, Venerem aut Mercurium in antedictis signorum gradibus constitutum habent, ij aduersam fortunã pro natura & significationibus cuiusq; planetæ, sentient. Quoniam autem eclipses operantur ut causæ generales: consequitur eas plus nocere his hominibus, qui cum vrbis aut regionis initio cõcordant, in accipienda clade, Multoq; magis illud nocumentum eueniet, si sub idem tempus etiam aliqua hostilis directio genituræ acciderit, quæ ei eclipsi adstipuletur, Quia tunc propter vnanimem consensum concurrentium testimoniorum, effectus multiplicarentur. Contrà multo minus; si amica quædam directio occurrerit. Quinimmo potius in illa pugnantia semper directiones anteferendę sunt eclipsibus. Effectus enim directionum præstantiores ac potentiores sunt quàm Eclipsium. Hæc ideo perstrinximus, ut si forte contingeret, nullam in reliquis eclipsibus eius rei a nobis fieri mentionẽ, studiosi sciant eodem modo de singulis alijs iudicandum esse. Hanc prædictionem Astrologicam composui ante biennium ferè in gratiam Generosi ac Magnifici viri Huldrichi Fuggeri, Kyrchbergæ ac Vveysenhornæ domini, omnium doctorum veri mecœnatis. Quæ prædictio astrologica etsi amplius nihil valet, cum significationes eius iam præterierint; tamen libuit eam adijcere, tum ob tanti viri autoritatem ac meam erga illum obseruantiam, tum quod vtilia quædam præcepta in se contineret, quę studiosis profutura esse videbantur.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1556. sub cuius tempore effectus eclipsis Lunaris sæuient, quæ anno domini 1555. die 5. Iunij ponitur.

VArię sunt opiniones apud Astrologos in eligẽdo domino eclipsis, quas hic singillatim recensere nimis longum foret. Nostri instituti est, ea in medium afferre, quæ rationi & experientię consentanea esse videntur. Gubernator igitur huius eclipsis est Iupiter. Ei in regimine Saturnus adiungitur. Nam Iupiter loco eclipsis imperat. Saturnus vero ibidem terminum sibi vendicat, atq; etiam propemodum Almuten Iouis est. Quorum vterq; debilis apparet. Alter quia in loco cœli cadente cõstituitur atq; retrogradationis vitio vexatur: Alter quia in sua deiectione ponitur. Vnde respectu eorum, simulata probitas, pietas & fucatæ amicitiæ significantur, Multa scelera sub prætextu boni patrabuntur, Iustitia laborabit, Ingratitudo vigebit, Calliditas pro prudentia habebitur. Secundo cum eclipsis Lunæ in 23. ferè gradu Sagittarij fiat, obitum illustrissimæ cuiusdam matronæ ex regio stemmate natæ portendit. Cumq; id signum ex trigono igneo cõstet, visiones horribiles in media aëris regione producit, Item siccitatem magnam, æstum grauissimum & fulmina efficit. Sed huic significationi refragatur conglobatio illa ingens planetarum in signo aqueo, quæ anno domini 1554. mense Martio accidit, cuius vires etiam hodie durant, atq; effectibus huius Eclipsis permiscentur, Ex qua pugnantia consequitur significationes illas eclipsis,

pſis,quæ ad ſiccitatem & æſtum referuntur, non adeo firmas ac ratas fore,ſed imbecilliores apparituras. Tertio cum locus Eclipſis in ſeptimam cadat, grauia bella,pugnas ac ſeditiones vulgi ſuſcitat,et ad cædes,rapinas,manifeſtaq; crimina inſtigat,Deinde plurimos ad violentæ mortis laqueos pellicit, qui præ deſperatione vltrò ſibi mortem conſciſcent. Cumq; eodem in loco hoſtili radio Martis circundetur,aduentum Tyranni prænunciat. Vnde metus,querelæ ac depopulationes impendebunt.Quarto cum ſecunda & tertia domus loco eclipſis pareat,reſiduam partem theſauri in nonnullis ciuitatibus euacuat,atq; inter fratres,conſanguineos & affines nouas diſcordias ſerit. Quinto cum Iupiter dominus eclipſis malè affectus,ſextam poſſideat,ſtatum infelicem religioſis perſonis minatur,ac varios morbos generat, utpote peſtilentiã,apoplexiã,ſpaſmum, dolores capitis, paſsiones ſpinæ dorſi,& ventoſitates in corpore,Item denotat perfidiam ſeruorum erga dominos ſuos,& veteris flammæ ſcintillas inter quoſdam vicinos refocillat. Vltimo cum Saturnus particeps dominij, eſſentialem dignitatem in octaua & decima obtineat,imbecilliſq; ſit,interitum cuiuſdam illuſtriſsimi principis aut magnatis indicat,eiusq; ſenis et valetudinarij,Poſtea mutationes periculoſas inducit tam in politicis quàm religione. Nam vltra antedictas domos,nonæ quoq; imperat. Hinc & religioſo cuidam antiſtiti exitum vitæ affert. Eæ autem ſingulæ calamitates,quas ex enumeratis cauſis Aſtrologicis decerpſimus,atq; ordine recenſuimus,vehementes,atroces ac funeſtæ erunt. Incidentia enim huius eclipſis in tenebras maxima eſt,qualem multis ſeculis antè non habuimus nec habebimus,quemadmodum hoc perſpicuè ſupra in prima parte operis demonſtraui,vbi typum eius explicaui.Quibus igitur hominibus in natiuitate vel reuolutione 23.grad: Sagittarij,Geminorum, Piſcium aut Virginis ad locũ Horoſcopi,Solis,Lunæ,Medij cœli,partisfortunę, reliquorumq; planetarum exactè vel abſq; interſticio quinq; graduum ceciderit,ij potiſsimum antedictis malis prementur. Præterea eadem contagionis labes extendit ſe potiſsimum ad eas regiones et ciuitates,quæ tertio quadrangulo,item ſigno Libræ, Arietis,atq; planetę Saturno ſubijciuntur. Veruntamen ex numero illarum primas partes in perferendis aduerſis caſibus tenent,quæ Sagittario parent: ſecundas,quæ Geminis:tertias,quæ piſcibus:quartas,quæ Virgini: quintas, quæ Libræ:vltimas,quæ Arieti:Quæ quidem ſignorum prærogatiua in natiuitatibus & reuolutionibus priuatorum hominũ locum habet, id quod & in antecedenti eclipſi monuimus.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1557. & 1558. ſub quorum tempore effectus eclipſis Solaris in vigore erunt, quæ anno domini 1556. die 2. Nouembris fit.

HÆc Eclipſis tempore ſui effectus non tam nobis quàm populis orientalibus plurima mala minatur. Cum enim hîc exiguam eius partem ac propemodum indeprehenſibilem viſuri ſimus: conſequitur etiam ſignificationes eius

eius apud nos fore imbecilles & tenues, vel omnino irritas. Ego ex hac Eclipsi mortem Imperatoris Turcici iudico, Qua occasione duo proceres regni insurgent, ac de Imperio dimicabunt. Vnde factiones multæ & graues motus bellici existent. Portendit præterea hęc eclipsis aëris infectionem, violentos imbres atq; magnas inundationes; idq; ut antea dixi, continget in prouincijs & regnis orientalibus, quæ Turcæ parent, ac ei tributaria sunt. Expertus sum enim cum eclipsis aliqua, potissimum Solis in Scorpione facta est, Turcicum tunc imperium in discrimine constitutum fuisse, ac cladem insignem accepisse. Anno domini 1547. Item 1548. & 1549. aliquot Eclipses in Scorpione & signo opposito factæ sunt, quarum vna Solaris circiter puncta 9. in extremitate Scorpij accidit, cuius effectus duobus annis & quatuor mensibus durarunt. Quo tempore Imperator Turcarum collectis suis amplissimis copijs, expeditionem ingentem contra regem Persarum suscepit, à quo grauiter afflictus est, adeò ut vltra centena milia militum fame ac gladio amiserit. Ex qua clade non minimum Turcicum imperium & vires eius labefactatæ sunt.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM dñi 1557. sub cuius tempus effectus Eclipsis Lunaris grassabuntur, quæ anno domini 1556. die 17. Nouembris fiet.

GVbernator Eclipsis solus Mercurius est. Nam is signo eclipsis dominatur, atq; in gradu eius terminum obtinet. Etsi autem naturam beneficorum planetarum assumere videtur, tum quia Ioui potenti ac fortunato iungitur, tum quia amica radiatione Veneris illustratur: tamen cum in suo detrimento constituatur, & quadrato Martis partili lædatur, fit, ut natura illa benefica labefactetur, atq; in malignam quandoq; recidat. Quare status huius anni promiscuus futurus est, nunc pacis indicia apparebunt: nunc vero discordiæ, belli ac tumultuum. Iam à nonnullis specimen probitatis exhibitur, consulendi & succurrendi vtilitati communi: à quibusdam vero improbitatis & nequitiæ, pessundandi ac euertendi rempublicam. Sic omnia melle & felle permixta erunt. Cum porro locus eclipsis in nona ponatur, propè oculum Tauri, stellam fixam magnitudinis primæ, de natura Martis, pericula in itineribus ostendit, ac literarum interceptionem minatur: idq; à Martialibus, Deinde violentiam quandam in religione inducit, seu ijs rebus, quæ ad religiosos spectant, cui occasionem nonnulli seculares principes præbebunt. Signum enim decimæ domus cognationem cum loco eclipsis habet. Postremo cum Mercurius gubernator eclipsis in tertia versetur, rumores varios suscitat, atq; inter quosdam fratres, consanguineos vel affines, dissensiones & inimicitias parit, Verendū est ne alter alterum dominio eijcere, aut in captiuitatē redigere conetur. Nam vltra positum suum in tertia, duodecimæ quoq; imperat, vbi dirus Mars locatur, qui nescio quid aduersi affert quantum ad pecora & equos attinet. Hæc autem singula eclipsis decreta quæ commemorauimus, non vsq; adeo grauia nec acerba erunt, sed quodammodo mitiora apparebunt. Eclipsis enim non vsq; adeo magna est.

Nam

Nam vix tertia pars corporis Lunaris vmbram terrę ſubit, Mercurius præterea diſpoſitor eius naturam beneficorum planetarum immitatur, quod antea fuſius explicauimus. Qui igitur in natiuitatibus ac reuolutionibus locum Horoſcopi, Solis, Lunæ, Medij cœli, Partis fortunæ & reliquorum planetarum in 5. grad: vel circitèr, Geminorum, Sagittarij, Virginis ac Piſcium habuerint, ij potiſsimum antedictis ſignificationibus eclipſis obnoxij futuri ſunt. Similiter & eæ prouinciæ ac ciuitates, quæ tertio Quadrangulo ſubiacent, item planetæ Mercurio.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1558. & 1559. Referenda eſt autem potiſsimum ad tres aut duos poſteriores menſes anni domini 1558, Deinde ad duos vel tres priores menſes anni domini 1559. Quia tunc effectus eclipſis Lunaris ſæuient, quæ anno domini 1558. die 3. Aprilis ſummo mane fiet.

NEſcio quo fato fiat, ut tot eclipſes in nonam domum incidant, aut cum eadem domo cognationem habeant. Vnde non niſi pericula in itineribus, interceptiones literarum, & frequentia legationum vel conuentuum inter proceres prouinciarū colligi poteſt, per quam variæ, occultæ & incredibiles dictu res tractabuntur. Vt interim taceam de magna mutatione religionis, quæ efficiet ut magiſtratuū animi erga ſubditos, & viciſsim ſubditorum erga magiſtratus ſuos, exacerbentur. Neq; vero hæc animorum alienatio propoſito duntaxat anno domini 1558. & 1559. futura eſt, ſed duobus quoq; antecedentibus annis, videlicet anno domini 1557. item 1556. cum ibidem eędem ſignificationes reperiantur. Venus domina loci eclipſis, conſtituta cum oculo Tauri in quinta, fructus quosdam terræ tollit, vel ſaltem extenuat, ex repentina ac violenta tempeſtate aëris, hominibusq; iuuenibus per intemperantiam cibi ac potus, malum conciliat, inducit morbos, qui ex inflammatione epatis & corruptione ſanguinis naſcuntur. Aulicis præterea ſtatum infelicem denunciat, atq; etiam mulieribus prægnantibus. Coniunctio partilis Saturni & Martis in quarta domo, quorum planetarum vterq; cum loco eclipſis conuenientiam habet, deuaſtationem aut euerſionem alicuius regionis ſeu ciuitatis minatur, vel defectionē eius à ſuo legitimo domino ad exterum. Huius porro impendentis calamitatis ſignificationes, quamuis trinus Iouis ac Veneris corrigat & reſtituat: tamen rurſus eas deprauat ac ad malignitatem reducit cōiunctio illa peſsimorum duorum planetarum, qua nihil deteſtabilius & pernicioſius in figura eclipſis eſſe poteſt. Quæ igitur prouinciæ & vrbes primo quadrangulo ſubiacent, item ſigno Geminorū ac Tauri, eæ potiſsimum, antedictis aduerſitatibus obnoxiæ erunt. Poſtea etiam eodem aduerſitatis incommodo ij homines laborabunt, qui in ſuis natiuitatibus vel reuolutionibus locum Horoſcopi, Solis, Lunæ, Medij cœli, Partis fortunæ ac reliquorum planetarum in 23. gradu Libræ, Arietis, Capricorni aut Cancri habuerint, &c̄.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1559. ſub cuius tempore effectus eclipſis Solaris graſſabuntur, quæ anno domini 1558. die 18. Aprilis fiet.

ET hæc eclipſis in nona domo accidit. Proinde cum ſuperiori conſentit, quantum ad religionem & reliquas ſignificationes nonæ domus attinet, quæ ſingulæ huc etiam referendæ ſunt. Peſsimum autem eſt, quod propè locum eclipſis vterq; malignus planeta conſtituitur. Vnde violenta mors per clandeſtinas inſidias nonnullis hominibus decernitur, item variæ cõtrouerſiæ de bonis eccleſiaſticis, ſeu in electione ſpirituali exoriẽtur. Venus domina loci eclipſis decimã occupans, pericula corporis & iacturam honorum infligit cuidam illuſtriſsimæ matronę aut effeminato principi: idq; à religioſis perſonis vel propter religionẽ ſeu exactiones. Hæ ſignificationes, ſi reſpicias ipſam eclipſim, mites eſſe videntur. Quanto minus enim Luminaria obſcurantur, tanto leuius nocent. Contrà quanto plus luminis amittunt: tanto vehementius operantur. Sed ſi ſpectes poſitum Saturni ac Martis circa locum eclipſis, nihil eo deterius eſſe poteſt. Proinde quæ prius reſpectu eclipſis mitia eſſe videbantur, nunc reſpectu huius poſitus, dura & acerba redduntur. Qui porrò in natiuitatibus ac reuolutionibus ſuis habent locum Horoſcopi, Solis, Lunæ, Medij cœli, Partis fortunæ, reliquorumq; quinq; planetarũ, in grad: 8. vel circitèr, Tauri, Scorpionis, Leonis & Aquarij, eos antedicta mala affligent. Deinde quæ prouinciæ ac ciuitates ſecundo quadrangulo ſubſunt, item ſigno Geminorum & planetæ Veneri, eæ quoq; ſimili malo exagitabuntur.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1559. & 1560. Referenda eſt autem potiſsimum ad finem anni domini 1559. Deinde ad principium anni domini 1560. Quia tunc effectus eclipſis Lunaris ſæuient, quæ anno domini 1559. die 16. Septembris fiet, vt ſupra in deſcriptione progreſsionis eclipſium annotatum extat.

GVbernator huius eclipſis eſt Mars. Ei in regimine Iupiter additur. Nam Mars loco eclipſis imperat. Iupiter verò ſigno Martis dominatur, atq; terminum in gradu eclipſis obtinet. Vnde reſpectu horũ duorum planetarum, proditiones ac deceptiones ſignificantur. Arcana quædam inter Martiales & Iouiales reuelabuntur, Quæ eis fraudi & iacturæ futura ſunt. Cum autem eclipſis Lunæ in gradu 2. Arietis fiat, quæ quartæ & quintæ domui præeſt, ſeditiones uulgi erga reginam quandam ſuſcitat, item conſpirationẽ nonnullarum ciuitatum inter ſe denunciat, quæ per vigilantiam aut largitiones præfectorum diſſoluetur, Ex quo poſtmodum graues mulctæ ingruent. Deinde cum eclipſis circa principium primę domus contingat, annonæ caritatẽ ac famem portendit. Tertio cum Mars diſpoſitor eclipſis octauam domum occupet, non procul

ab

ab Antare conſtitutus, ſtella fixa, ut plurimum naturę ſuæ accommoda, magnitudinis ſecundæ, minatur nonnullis mortẽ violentam, eamq; publicam: pluribus verò interitum ex peſte, apoplexia vel epilepſia, Ad quem Saturni diameter partilis ſe extendit. Quapropter neceſſe eſt vt quidpiam mirabile accidat, atq; periculoſæ quædam mutationes ſubſequantur cauſa defunctorum ſeu hęreditatum. Vltimo cum Iupiter particeps eclipſis in duodecima domo reſideat, & ab vtroq; maligno planeta hoſtiliter irradietur, ſtatum calamitoſum, inimicitias, carcerem ac paupertatem religioſis perſonis aut nobilibus decernit, ac neſcio quid præterea aduerſi indicat quantum ad pecora & equos attinet. Huius autem calamitatis indicia grauia futura ſunt. Eclipſis enim altè in pyramidem vmbræ terræ deſcendit, vnde effectus quoq; eius nocui deſumuntur, Quos etſi trinus Louis ac Veneris lenire videtur: tamen quia ille aſpectus ex diametro alterius planetæ proficiſcitur, neq; etiam ad locum eclipſis defertur, fit ut virtus eius lenitiua euaneſcat. Quibus ergo hominibus in natiuitate vel reuolutione locus eclipſis ad Horoſcopum, Solem, Lunam, Medium cœli, Partem fortunę reliquosq; planetas ceciderit, abſq; interſticio quinq; graduum, eos potiſſimum antedicta mala oppriment. Poſtea quæ regiones ac ciuitates primo quadrangulo ſubiacent, Item ſigno Sagittarij et Piſcium, eæ ſimilibus quoq; aduerſitatibus implicabuntur ac obnoxiæ erunt. Veruntamen hæc Eclipſis magis locis orientalibus quàm occidentalibus nocebit, cum in illis corpus Lunare obtenebratum plenius ſupra Horizontem cerni poterit: In his vero imperfectius.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1561. cuius tempore effectus eclipſis Lunaris vigebunt, quæ anno domini 1560. die 12. Martij mane fiet.

DOmina huius eclipſis Venus eſt, cui ſtatim in dominio Saturnus ſuccedit. Venus enim loco eclipſis imperat. Saturnus vero ſignum Veneris diſponit atq; ſibi terminum in gradu eclipſis vendicat. Vnde incantationes, præſtigiæ et veneficia metuenda. Cum autem locus eclipſis in ſeptimã domum incidat, bellum decernit, iacturamq; eius oſtendit per negligentiam, cunctationes vel crapulam ducis exercitus. Secundo cum Venus gubernatrix loci eclipſis duodecimam domum poſſideat, interitum equorum ſeu amiſſionem pecudum denotat, Item aulicis & alijs quibuſdam arreſtationem vel captiuitatem portendit, ex qua magnis pecunijs ſe redimere cogentur. Saturnus enim ſocius Veneris in regimine, ſecundam tenet. Hæ enumeratæ ſignificationes lenes ac tenues apparebunt. Incidentia enim Eclipſis in tenebras exigua eſt, Hinc non niſi imbecillitas effectuum accipi poteſt. Quibus porro hominibus in natiuitate aut reuolutione locus Eclipſis ad Horoſcopum, Solem, Lunam, Medium cœli, Partem fortunæ reliquosq; planetas, exactè vel abſq; interſtitio quinq; graduum ceciderit, ijs antedictæ aduerſitates metuendæ erunt, Similiter quoq; & ijs prouincijs ac vrbibus, quę primo quadrangulo atq; ſigno Aquarij & Geminorum ſubiacent. Veruntamen hæc eclipſis magis orientalibus populis quã occidentalibus nocebit. Nam apud illos plenius videbitur; apud hos vero imperfectius.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1561. & 1562. Item principium anni domini 1563. Quia tunc effectus Eclipsis Solaris sæuient, quæ anno domini. 1560 die 21. Augusti fiet.

DOminium huius Eclipsis Mercurio competit, vnà cum Venere, qui ambo planetæ inficiuntur. Hinc sub amicis & blandis verbis inescationes ac frustrationes impendebunt. Constitutio vero eclipsis in nona domo ponitur, quæ iterum mutationes in religione statuq; religiosorum inducit, Ac multo maiores, quam superioribus annis designantur. Nam quæ antea descriptæ sunt, eæ ab eclipsibus Lunaribus pendẽt. Sed hę ab eclipsi Solari, cuius operationes semper intensiores sunt, & plus nocumenti afferunt, quàm decem Lunarium. Historiæ veterum testantur ante excidia vrbium, regnorũ ac imperiorum Eclipses Solis horrendas conspectas fuisse. Imo nostris seculis videre licet, cum aliquæ graues rerũ mutationes & extremæ calamitates impendent, eas plerumq; eclipses Solares antecedere, quæ huiusmodi miserias humano generi portẽdi prænunciant, ac simul cõdolent et lugent nostrum acerbũ casum sua illa mœsta subtractione luminis. O vtinam tandẽ post diuturnas disceptationes, ac longas perturbationes concordia in religione fiat. Sed ita comparatũ est, ut zizania cum tritico vsq; ad diẽ messis crescãt. Semper.n. ecclesia exposita fuit grauibus procellis, eritq; donec ille supremus iudex ac iustus arbiter venerit, qui zizaniꝭ funditus extirpatis, triticũ suum colliget, et omnes fideles in vnitate congregabit, vbi vnus pastor & vnum ouile erit. Mercurius gubernator eclipsis in nona domo, delitescens sub radiꝭ Solaribus, atq; à Saturno per quadratũ infectus, vltra enumeratas significationes ipsius eclipsis, callida consilia suppeditat, ventos suscitat, pericula in itineribus affert, Item dissipationẽ scholarũ, studiorum intermissionem, ac bonarũ artium neglectũ parit, Vnde dissoluta vita turpitudoq; morũ subsequetur. Minatur præterea obitũ cuidam religioso antistiti, vel aliâs ei insignem calamitatẽ portendit, Quòd etiam de viro quodam insigniter docto intelligendum est. Postea cum eidem Mercurio domus septima pareat, Saturnusq; veterator ille ibidem collocetur, fœdus pacis ac induciarum dirimit, bella perniciosa mouet, Contractus & negotiationes impedit, fidẽ inter mercatores tollit, diuortiũq; inter nõnullos efficit. Vltimo Venus particeps regiminis, cũ Marti õnino partiliter cõiungatur, principes nõnullos bellicis apparatibus et expeditionib. occupatos ac intentos reddit, qui obsidione et oppugnatione ciuitates quasdam infestabunt & affligent. Timendum tamen est ne ea res postmodum illis detrimento ac fraudi sit. Ego duorum principum genituras noui, quibus hęc eclipsis exitiũ aut aliâs graues difficultates denunciat. Sed nomina eorum tutò nominari non possunt. Anno dñi 1551. vltimo Augusti, fuit eclipsis Solis in Virgine, quæ eandem penè dispositionem habuit, ut hæc proposita. Omnes aũt norunt, cum videlicet effectus illius sæuirent, id quod anno dñi 1552. & 1553. cõtigit, quales tũc turbæ, mutationes, depopulationes tragiciq; rerũ exitus extiterint, De quib. prolixius differere nolo, cum cognitio eius historiæ recens sit. Quæ ergo regiones ac vrbes tertio quadrangulo subiacent, item signo Leonis planetęq; Veneri, eæ potissimum antedictis calamitatibus exagitabuntur, Quarum etiam mole

pre-

prementur ij homines, qui in ſuis natiuitatibus vel reuolutionibus habent locū Horoſcopi, Solis, Lunæ, Medij cœli, Partis fortunæ in gradu 7. vel circiter Virginis, Piſcium, Sagittarij aut Geminorum.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1563. ſub cuius tempore effectus eclipſis Lunaris graſſabuntur, quæ anno domini 1562. die 16. Iulij mane fiet.

GVbernatio huius eclipſis Saturno ac Mercurio competit. Quorum planetarum vterq; male affectus eſt. Alter quia in ſuo detrimento & loco cœli abiecto ponitur: Alter, quia ſub radijs ſolaribus delitescit ac naturam maligni & crudelis Martis per coniunctionē induit. Semper enim Mercurius per ſe indifferens eſt, eiusq; planetæ qualitatem imitatur, cui coniungitur. Etſi vero hîc quoq; placidæ Veneri commiſcetur: tamen ea cōmixtio tantum roboris ac virtutis non habet, vt illa prior, cum in hac corpora remotius ab inuicem diſtent: in illa vero propius ſe contingant. Quare reſpectu eorum duorum planetarū, callida conſilia, proditiones deſignantur: idq; per amicitiæ ſpeciem aut alijs ſpecioſis titulis. Secundo cum locus eclipſis circa inicium ſeptimæ domus verſetur, ſeditiones vulgi, bella, ac pugnas denotat, & ad cædes, rapinas manifeſtaq; crimina inſtigat, Item plurimos ad violentæ mortis laqueos pellicit, qui præ deſperatione vltro ſibi manus inferent. Denicq; cum eodem in loco proximè ad oppoſitum Martis defluat, aduentum cuiusdam crudelis hoſtis prænunciat, Vnde metus ac querelæ impendebunt. Tertio cum Saturnus diſpoſitor eclipſis duodecimam domum occupet, ſtatum infelicem ſenibus & agricolis decernit, Minatur præterea inimicitias occultas, arreſtationē ſeu captiuitatem nonnullorum propter rebellionem, vel in pugna, Ac neſcio quid aduerſi affert, quantum ad equos & pecora attinet. Quarto & cum ſextæ imperet, ægritudines corporis portendit, vt pote tuſsim, defluxiones catarri ad pulmonem & pectoralia, paralyſim, podagram, hydropiſin &c̄. Item perfidiam ſeruorum erga ſuos dominos oſtendit, ac inter quosdam vicinos veteris flammæ ſcintillas refocillat. Poſtremo cum octauæ etiam domui præſit, mortem nonnullorum incarceratorum, vel ſenum bellicoſorum indicat. Hæc autem ſingula mala, quanquam receptio Saturni ac Lunæ mutua ex domicilijs tollere videtur: tñ quoniam ea fit ex ſignis ſeparatis, atq; ex detrimento alterius planetæ, nihil omnino aut certe paululum iuuare poteſt. Quibus igitur hominibus in natiuitatibus vel reuolutionibus grad: 2. Aquarij, Leonis, Tauri, vel Scorpionis, ad locum Horoſcopi, Solis, Lunæ, medij cœli, Partis fortunæ ac reliquorum planetarum, exactè aut abſq; interuallo quinq; gradum ceciderit, ij potiſsimum antedictis aduerſitatibus obnoxij futuri ſunt. Similiter quoq; eadem aduerſitatum procella eas prouincias & ciuitates obruet, quę ſecūdo quadrangulo ſubiacent, Deinde quæ ſigno Cancri: Veruntamen hæc eclipſis magis locis occidentalibus, quàm orientalibus nocebit, cum in illis corpus Lunare obtenebratum plenius ſupra Horizontem cerni poterit; In his vero imperfectius.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1563. & 1564. Referenda est autem potissimum ad finem anni domini 1563. & principium anni domini 1564. Quia tunc effectus eclipsis Lunaris vigebunt, quæ anno domini 1563. die 5. Iunij fiet.

HÆc Eclipsis humiditatem aëris seu nebulas efficit, Item dissolutionem amicitiarum, Frustrationem spei atq; pericula nobilibus minatur, Ostendit præterea largitionum corruptelas, Parentibus solicitudinem ac tristiciam causa liberorum incutit, In conuiuijs vel per commessationes nescio quid aduersi denunciat. In reliquis vero, quæ ad duodecimæ domus significationes referuntur, cum præcedenti eclipsi conuenit, quantū videlicet ad arrestationem, captiuitatem, equos & alia animalia magna pertinet. Qui igitur tempore natiuitatis aut reuolutionis habuerint Horoscopum, Solem, Lunam, medium cœli, Partem fortunæ &c̄. in grad: 22. vel circitèr, Capricorni, Cancri, Arietis aut Libræ: Deinde quæ prouinciæ ac vrbes primo quadrangulo, planetæq; Saturno subiacuerint, ijs antedicta mala portendi videntur.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1564. 1565. & 1566. sub quorum tempore effectus eclipsis Solaris sæuient, quæ anno domini 1563. die 20. Iunij fiet.

MIrabile prorsus est quod tot planetæ ad locum eclipsis confluant, quæ quidem adunatio planetarum non nisi mirabiles euentus rerum prænunciat. O reges & principes, tam seculari quàm spirituali dignitate fulgentes, vobis plurima mala portendi videtur. Nam inter vos graues dissensiones exorientur, quæ occasiones bellorum, periculosarumq; mutationum præbebunt, Vnde plebeius ordo offendetur, & ad clandestinas conspirationes & factiones facile cōmouebitur. Nonnullis vestrum, o reges et principes, exiliū ac mors designatur. Pestis vndiq; serpet. Pluuiæ multæ erunt, ex quibus innundationes, et immaturitas seu putrefactio frugum colligitur. Tempestates magnæ in mari existent, Hinc naufragia submersioq; hominum ac desolatio quarundam maritimarum ciuitatum desumuntur. Breuiter ut dicam plurimæ calamitates impendebūt, atq; mirabile quidpiam accidet causa defunctorum vel hereditatum. Etsi vero significationes huius eclipsis benignus Iupiter in sua exaltatione constitutus locumq; eclipsis suo corpore circundans, lenit ac extenuat: tamen rursus eas exasperat & intendit eleuatio Saturni super locū eclipsis ac Iouis, & impugnatio hostilis Martis, quæ partiliter ad locū eclipsis ac Iouis defertur. Quę igitur prouinciæ et vrbes primo quadrangulo subiacent, item signo Tauri, eæ potissimum antedictis malis exagitabuntur. Simili quoq; contagionis malo laborabunt ij homines, qui in suis natiuitatibus aut reuolutionibus habent Horoscopū, Solem, Lunam, Medium cœli reliquosq; quinq; planetas, in gradu 7. vel circitèr Cancri, Capricorni, Libræ aut Arietis.

PRÆDICTIO

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1566. sub cuius tempore eclipsis Lunaris grassabitur, quæ anno domini 1565. die 8. Nouembris summo mane fiet.

HÆc Eclipsis in nona domo accidit, Sæpius autem ostendi, quid eo in loco significet. Vnde non necessarium esse duxi denuo illa hîc repetere. Mars in decima, vltra decreta Eclipsis occupantis nonã, magnatibus quibusdam iacturã honorum denotat: nonnullis vero interitum minatur, seu potius omne id incommodum ad illustres matronas detorquet, cum sit in Cancro, signo videlicet fœminino. Saturnus præterea obtinens terminum in loco Eclipsis, duodecimam domum possidet, cuius significationes respectu eius loci supra in prædictione Astrologica anni domini 1563. diligẽter explicauimus, quę huc referendę sunt. Postremo Venus domina loci Eclipsis, in quarta residens, cum secundæ etiam præsit, nonnullis ciuitatibus thesauros aut libertatem adimit. Sed hęc singula leniter apparebunt, neq; adeò pernicioſa erunt, cum benignus Iupiter Venerem, quæ gubernatrix Eclipsis est, ex domicilio recipiat, quæ quidem receptio ex signis conuenientibus cõtingit. Quę igitur regiones & ciuitates secundo quadrangulo subiacent, Item signo Sagittarij: Deinde qui homines tempore suarum natiuitatum aut reuolutionum habuerint Horoscopum, Solem, Lunam, Medium cœli, Partem fortunæ, reliquosq; quinq; planetas in grad: 25. vel circitèr, Tauri, Scorpionis, Leonis aut Aquarij, ijs antedicta mala portendi videntur.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1566. & 1567. Referenda est autem potissimum ad finem anni domini 1566. postea ad principium anni domini 1567. Quia tunc effectus eclipsis Lunaris sæuient, quæ anno domini 1566. die 28. Octobris fiet, ut in descriptione secundæ partis annotatum extat.

COnstitutio huius eclipsis est in duodecima domo, nõ procul à capite Algol, quæ à Marte impugnatur. Vnde captiui seu exules extrema tela calamitatis sustinere cogentur. Equi & pecora morientur. Fratres denicq;, cõsanguinei et affines, capitali inter se odio certabunt, fatalibusq; inimicitijs alter alterum persequetur, Rumores varij increbrescẽt, ex quibus metus plurimos inuadet. Nam locus eclipsis tertiæ domui quoq; imperat. Venus domina loci eclipsis, sextam occupans, statum infœlicem aulicis, sexuiq; muliebri denunciat, generatq; varios morbos, utpote calculum, retentionem vrinæ, dolores spinæ dorsi, epatis incensionem, sanguiuis profluuium, anhelitus difficultatem,

Item vicinos de limitum iure dominij & poteſtate contentioſos reddit, ob quam rem impenſis ac periculis implicabuntur. Seruos præterea malignos efficit, qui immemores beneficij ac fidei turpiter à dominis ſuis deficient, Cui etiam Iupiter particeps Eclipſis atteſtatur, eodē in loco poſitus. Sed hæc ſingula, quæ ordine recenſuimus, mediocria futura ſunt, Quædam dura et acerba: quędam vero lenia ac mitia. Si enim ſpectes ipſam Eclipſim, nō niſi intenſio effectuum ex ea depromi poteſt, præſertim cū corpus illius ſatis profunde in pyramide vmbræ terræ verſetur. At ſi reſpexeris coniunctionem illam Veneris ac Iouis, non niſi remiſſio eorum inde conſequitur. Vnde mediocritas exiſtere videtur. Veruntamen hęc plus ad malitiam quam ad bonitatē deflectenda eſt, cum oppoſiti radij Martis ad locum Eclipſis pertingāt. Quibus ergo hominibus in natiuitatibus aut reuolutionibus, locus Horoſcopi, Solis, Lunæ, Medij cœli, Partis fortunæ ac reliquorum quinq; planetarum acceſſerit ad grad: 15. vel circitèr, Tauri, Scorpionis, Leonis, aut Aquarij: Poſtea quę regiones et vrbes ſecundo quadrangulo & planetæ Veneri ſubiacuerint, ijs antedictæ aduerſitates perferendæ erunt. Veruntamen hæc Eclipſis magis orientalibus populis quàm occidentalibus nocebit, Nam apud illos plenius videbitur, apud hos vero imperfectius.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1567. 1568. & 1569. ſub quorum tempore effectus eclipſis Solaris graſſabuntur, quæ anno domini 1567. die 9. Aprilis circiter meridiem fiet.

HÆc eclipſis Solis eſt magna & terribilis, qualem multis annis ante non habuimus nec habebimus. Ego ab anno domini 1544. vſq; in annum domini 1605. maiorem reperire non poſſum. Proinde multi ac varij caſus accident, horrendiq; rerum euentus futuri ſunt. Eclipſes enim Solis, præſertim cum plurimum obtenebratur, non leues ac tenues, ſed ſemper atroces, funeſtos & tragicos exitus afferre ſolēt. Quod quidem de hac eclipſi etiam vaticinari licet. Anno domini 1540. apparuit eclipſis Solis penè integra, quæ ſimiliter in vltima facie Arietis contigit, ut hęc propoſita. Plurimi autem meminiſſe poſſunt, quales tunc ſtatim calamitates ſubſequutæ ſint, Europamq; inuaſerint, Quas ſingulas ſi ad hanc quoq; propoſitam Eclipſim retulerimus, non abſurde faciemus. Idcirco tempore effectuum huius eclipſis ſubſequentia mala ſignificantur, Æſtus grauiſſimus, ſiccitas magna, annonę caritas: Bella, incendia et depopulationes: Deinde ſtatus infœlix militibus & capitaneis, quorum aliqui dyſenteria & inedia peribunt: nonnullis emerita ſtipendia minime perſoluentur, Immo quod maius eſt, multa millia eorum per proditionem miſere ab hoſtibus trucidabuntur. O regiones ac ciuitates primo quadrangulo ſubiectæ, item ſigno Piſcium & virginis, vobis plurima incommoda portendi videntur. Nam grauiter oppugnabimini ac deuaſtabimini: Theſauri veſtri imminuentur aut penitus vobis erripientur, decusq; veſtrum concidet. O reges et principes, potiſſimum ſub poſtrema parte Arietis,

Arietis, Libræ, Cancri vel Capricorni nati, vos præ nimio æstu quoq; sudabitis. A vobis enim dominia rerum transferentur, graues'q; turbas & rebellionem à subditis vestris experiemini, vnde trepidatio atq; fuga instabit.
Hæc Eclipsis apud quosdam incolas Europæ, in decima domo accidet: Apud quosdam uero in nona. Qui igitur eam in decima habuerint, illis mutationes in politicis denunciãtur, Iidemq; magnatum secularium mortẽ uidebunt. Sed quibus in nonam ceciderit, apud eos mutationes in religione fient, magnates'q; ecclesiastici interibunt.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1568. sub cuius tempore effectus eclipsis Lunaris vigebunt, quæ anno domini 1567. die 18. Octobris summo mane ponitur.

HÆc Eclipsis exigua est. Parua enim admodum pars corporis Lunaris vmbram terræ subit. Vnde imbecilles aut prorsus nullæ significationes eius esse iudicantur. Si quid tamen illi tribuendũ est aduersi, hoc desumitur à Marte in decima & Venere in quarta, Item ex constitutione loci eclipsis in Tauro, Qualia autem horum planetarum decreta sint, id speciatim, supra in prædictione Astrologica anni domini 1566. annotauimus, quę huc quoq; accommodari debent. Nam hæc eclipsis cum illa plurimum concordat, vt ex collatione figuræ cælestis apparet. Quæ ergo prouinciæ ac regiones secundo quadrangulo subñciuntur atq; signo sagittarñ: Deinde qui homines tempore natiuitatis vel reuolutionis locum Horoscopi, Solis, Lunæ, medñ cœli, partis fortunæ reliquorumq; quinq; planetarum, habent in grad: 4. vel circiter Tauri, Scorpionis, Leonis aut Aquarñ, ñs illud ipsum portendi videtur, si quid aduersi impendebit.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1570. sub cuius tempus effectus eclipsis Lunæ vigebunt, quæ anno domini 1569. die 3. Martij mane fiet.

EX hac Eclipsi posituq; syderum in figura eius cœlesti designatur: status infelix doctis viris, mercatoribus ac viduis: Postea etiam nubium densitas, humiditas aëris, pluuiæ, venti, callida consilia, proditiones: aduentus Tyranni, & excursiones: Bella inter vicinos propter aliquam iurisdictionem: rapinæ: latrocinia: Mors violenta ex desperatione: seruorum perfidia erga dominos suos: infirmitates corporis, vt pote colica passio, profluuia ventris, vertigo capitis, pituitæ vel crudorum humorum defluxio ad neruos vel in stomachum &c̃. Cum autem locus eclipsis partili Iouis trino non irradietur, sed potius opposito aspectu Martis circumueniatur, significationes antedictæ quodammodo difficiles ac graues ostenduntur, Quæ singulæ applicandę sunt partim illis prouincñs & vrbibus, quę tertio quadrangulo parent atq; planetę

Marti: partim uero illis hominibus in quorũ genituris aut reuolutionibus plã-
netę grad: 23. uel circitèr, Virginis, Piſcium, Sagittarij aut Geminorũ occupant.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1570. ſub cuius tempus effectus eclipſis Lunaris graſſabuntur, quæ anno domini 1570. die 20. Februarij poſt meridiem noctu fiet.

HÆc eclipſis in multis rebus cum antecedenti conſentit, quantum videlicet ad ſtatum mercatorũ, qualitatem aëris, vicinos, ſeruos et genera morborum pertinet. Minatur præterea vltra illas ſignificationes, principi cuidam iacturam exiſtimationis ac honorum, propter occultas inſidias, perſequutiones ſeu captiuitatẽ, vel aliàs conijcit nonnullos in eadem pericula captiuitatis, propter indignationem magnatum, Ac neſcio quid aduerſi affert in cæteris duodecimæ domus rebus, quas iam ſæpius diligenter & copioſe deſcripſi, ut eas hoc loci repetere ſuperuacaneum ſit. Poſtremo denunciat obitũ cuidam reginæ aut illuſtriſſimæ matronæ, & mulieribus prægnantibus iuueniliq; ætati exitium vitæ portendit, ex nimia commeſtione fructuum fortaſſis immaturorum. Cum autem locus eclipſis ſatis profunde in vmbram terræ deſcendat, neq; vlla etiam amica radiatione benignorum planetarũ irradietur, vel diſpoſitor eius Mercurius: conſequitur ſignificationes illas ſatis diras & nocuas fore, Quæ quidem applicari debent partim illis prouincijs ac ciuitatibus, quæ tertio quadrangulo & ſigno Aquarij parent: partim vero illis hominibus, in quorũ genituris vel reuolutionibus planetæ grad: 12. Virginis, Piſcium, Sagittarij aut Geminorum poſſederint.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1570. & 1571. Referenda eſt autem potiſſimum ad finem anni domini 1570. Deinde principium anni domini 1571. Quia tunc effectus eclipſis Lunaris ſæuient, quæ anno domini 1570. die 15. Auguſti poſt meridiem noctu fiet.

Annus domini 1570. propter concurrentiã tot potentium teſtimoniorũ, valde calamitoſus futurus eſt

HÆc Eclipſis ſtatum infelicẽ Iouialibus ac Venereis minatur: denotat inter fratres, conſanguineos, & affines diſcordiam, Amicitias & neceſsitudinis vinculum labefactat ac dirimit, Fruſtrationem in rebus ſperatis affert, Rumores nouos & varios ſuſcitat, Nobilium ac diuitum deſtructionem indicat, fortaſsis propter odium magnatum. Quinimmo & illuſtriſsimo cuidam principi aut religioſo antiſtiti mortem denunciat. Vnde mutationes, aliæq; legum promulgationes & ſtatuta noua decernuntur. Cum autem incidentia huius eclipſis in tenebras magna ſit, neq; ei vllus beneficorum planetarum amica ſua radiatione ſubueniat, colligere licet ſignificationes illas vehementes ac pernicioſas apparituras. Quibus atteſtatur etiam Saturnus et Mars, ambo in ſexta poſiti, cum alter

alter eorũ diſpoſitor Iouis ſit, qui dominus loci eclipſis eſt. In quorum itaq; geniturís aut reuolutionibus, Horoſcopus, Sol, Luna, medium cœli, Pars fortunæ ac reliqui planetæ grad: 2. vel circitér Piſcium, Virginis, Geminorum aut Sagittarij occupauerit, Deinde, quæ prouinciæ ac vrbes tertio quadrangulo, Itẽ ſigno Aquarij & Libræ ſubiacuerint, íjs antedictæ aduerſitates portendi videntur.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1572. ſub cuius tempore effectus Eclipſis Lunaris vigebunt, quæ anno domini 1572. die 25. Iunij, poſt meridiem noctu fiet.

HÆc Eclipſis nebulas, humiditatem aëris & pluuias oſtendit, Morbos melancholicos generat, ſeruos ac miniſtros improbos reddit, Furta, rapinas, & latrocinia indicat, Homines manifeſtis criminibus polluit, Libidinum flammas ſuſcitat, Veneni inſidias intentat, Ad cædes inſtigat, Diuortia efficit, Saturninis quibusdam interitum minatur, et hæreditatum cauſa altercationes, diſſidia atq; violentiam affert, Ac neſcio quid præterea aduerſi parit in íjs rebus, quæ duodecimæ domui includuntur, De quibus iam ſæpius dictum eſt, vt hoc loco eas ordine repetere opus non ſit. Hæc autem ſingula decreta mediocria erunt, quædam lenia & imbecillia apparebunt: quædam vero ſatis aſpera ac nocua. Quantum enim ad ipſam eclipſim pertinet, cum tertia duntaxat pars corporis Lunaris obſcuretur, nihil magni ſeu ardui portendi poteſt. Sed quantum ad tetragonum Martis attinet, qui partiliter ad locum eclipſis ex angulo occidentis cadit, vnde robur ad nocendum deprehenditur: certe aliquid calamitoſi ac funeſti portendi videtur. Ex qua pugnantia mediocritas conſtituitur, quæ cum inconſtans ſit, & vt plurimum in alteram partem magis inclinare ſoleat, remittenda eſt hîc, ac potius deflectenda ad lenitatẽ. In quorum itaq; geniturís aut reuolutionibus Horoſcopus, Sol, Luna, medium cœli, Pars fortunæ reliquiq; planetę, grad: 13. vel circitèr Capricorni, Cancri, Arietis aut Libræ poſſederint, Poſtea quæ regiones ac vrbes primo quadrangulo ſubiacuerint, & ſigno Scorpij: íjs antedicta mala, qualiacunq; illa obueniẽt, denunciantur.

ANNO DOMINI 1573. NVLLIVS PENITVS ECLIpſis effectus ſæuient. Proinde reſpectu eius hic annus pacificus ac ꝓficuus futurus eſſe iudicatur. Poſſet tamen propter alias malas cõfigurationes triũ ſuperiorum planetarũ de illa ſignificatione aliquid diminui. Quod diligentius in opere noſtro Ephemeridum expendemus, vbi de ſingulis reuolutionibus annorum iudicium noſtrum ſuccinctum interponemus.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1574. ſub cuius tempore effectus eclipſis Lunaris graſſabuntur, quæ anno domini 1573. die 8. Decembris poſt meridiem noctu fiet.

HÆC

HÆc Eclipſis callida cõſilia ac proditiones denotat, Mercurialibus ac Saturninis ſtatum infelicem portendit, Æſtum & ſiccitatẽ efficit, Annonæ caritatem iumentorumq; iacturã prænunciat, Amicitias ac neceſsitudinis vinculum tollit, Fruſtrationem in rebus ſperatis affert &c̃. Liberi inſuper contra parentes ſuos inſurgent ac conſpirabunt, De diſſolutione initi fœderis, expeditionibus & apparatu belli tractabitur, Infirmitatũ genera varia & inaudita exiſtent, Regina quædam aut illuſtris matrona extremum claudet diem, Nonnulli blanditijs circumuenientur ac in carcerem detrudẽtur, ob veteris criminis piaculum, Populi furores aduerſus ſuos magiſtratus excitat, fortaſsis propter decrementum publici theſauri, aut alias inutiles expenſas &c̃. Cum autem locus eclipſis altè in piramidem vmbræ terræ deſcendat, neq; ei benigni planetæ aſpectus fauorabilis exactè ſuccurat: conſequitur ſignificationes illas fore atroces & intenſas, Quæ quidem applicandæ ſunt partim ijs hominibus in quorum genituris, aut reuolutionibus planetæ grad: 27: vel circitèr Geminorum, Sagittarij, Virginis, aut Piſcium occupauerint: partim vero illis prouincijs ac ciuitatibus, quæ tertio quadrangulo atq; planetæ Saturno parent.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1575. 1576. & 1577. ſub quorum tempore effectus eclipſis Solaris vigebunt, quæ anno domini 1574. die 13. Nouembris poſt meridiẽ veſperi fiet.

HÆc eclipſis tempore ſui effectus non tam nobis, quàm populis occidentalibus multa mala minari videtur. Cum enim hic exiguam eius partem ac propemodum indeprehenſibilem viſuri ſimus: conſequitur etiam ſignificationes eius apud nos fore imbecilles & tenues vel omnino irritas. Multo minus vero illis nocebunt, qui nobis orientaliores fuerint. Ego ex hac eclipſi iudico æſtum & ſiccitatem, Deinde vehementes diſſenſiones inter fratres, conſanguineos & affines: graues exactiones ac frequentes penſiones cenſuum, quibus ſubditi grauabuntur, atq; ad ſeditionẽ parandam commouebuntur: Pars nobilium defectionem meditabitur, De dote mulierũ, veteriſq; iuris dominio aut reconuentione pactorũ ſeu tranſactionũ, altercationes incident, Motus bellici atroces erunt, item conflagrationes & depopulationes caſtellorum ac villarum, Principum ac procerum regni deceſſus funeſtus oſtenditur, Mutationes tam in religione quàm politijs impendebunt: Idq; vt antea dixi, in prouincijs duntaxat occidentalibus continget, quę tertio quadrangulo ſubſunt ac ſigno Cancri &c̃.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1577. ſub cuius tempore effectus eclipſis Lunaris graſſabuntur, quæ anno domini 1576. die 7. Octobris, poſt meridiem noctu fiet.

HÆc Eclipſis cum antecedenti concordat, quantum videlicet pertinet ad diſſenſionem & deceſſum magnatum, mutationes, ſtatum belli, depopulationem

nem villarum, reconuentionem pactorum &c. Vnde eius dilucidior ac copiosior explicatio à superiori petenda est. Minatur præterea vltra illas significationes furta, cædes, nephandas libidines, aliaq; manifesta crimina, quibus genus humanum inquinabitur, Item aduersitates ostendit in his rebus, quæ ad duodecimam domum referuntur, quas iam sæpius commemoraui: Obseruandum autem est, quod hæc eclipsis non tantum occidentalibus prouincijs ac populis nocumentum allatura sit, vt ex superiori patet, sed & nobis hîc, atq; etiam orientalibus. Nam vbiq; in totius Europæ partibus plenè conspicietur, Quod secus in altera fit. Veruntamen plus mali occidentalibus denunciat, cum apud eos huius & alterius eclipsis effectus sub idem tempus simul incidãt, quæ quidem effectuum commixtio impendentem calamitatem adauget. Apud nos hîc & apud orientales, huius tantũ eclipsis effectus sæuient, neq; duplicia concurrentia testimonia habebimus, Vnde nobis fata magis propitia erunt.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1577. cuius tempore effectus eclipsis Lunaris vigebunt, quæ anno domini 1577. die 2. Aprilis post meridiem noctu fiet.

ET hæc Eclipsis cum duabus antecedentibus cognationem habet. Venus enim domina loci eclipsis, prope Aldebaran stellã fixam violentam, in septima domo constituitur, diroq; Marti corporaliter associatur, Quæ itidẽ denotat bella cruenta, adulteria, rapinas, incendia et similia, quibus septima domus scatet. Portendit præterea aduersitates mulierum causa, vel mortem cuiusdam reginę aut illustrissimæ matronæ indicat, Item conijcit religiosos vel legatos in captiuitatem. Atq; vt breuiter dicam, aduersitates illæ, quæ ab hac eclipsi pendent, in significationibus septimę, duodecimæ ac nonæ domus accident, quæ aliquoties à me fideliter traditæ sunt. Quæ igitur regiones & vrbes primo quadrangulo parent atq; signo Geminorum, Deinde qui sub grad: 23. Libræ, Arietis, Capricorni vel Cancri nati sunt: ijs antedicta mala denunciari videntur. Quod etiam genus applicationis dè superiori intelligi debet.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1578. sub cuius tempore effectus eclipsis Lunaris grassabuntur, quæ anno domini 1577. die 27. Septembris summo mane fiet.

CONstitutio loci Eclipsis in nona est. Supra autem anno domini 1557. 1558. & 1559. ostendimus, quid eo in loco efficere soleant. Ergo disceptationes ac mutationes in religione fient, persequtiones impendebũt, Ecclesiastici statum infelicem experientur, ex quibus nonnulli, ijq; præcipui prætristitia interibunt, Inter fratres, consanguineos & affines charitas refrigescet, Nam alter alteri nihil fidet, Rumores uarij & incerti spargentur, Plurimi magnis exactionibus grauabuntur, Thesauri aperientur, cõsilia callida, proditiones, imposturę, fraus ac dolus

lus malus vigebunt, Pericula captiuitatis ſeu carceris & exilij intentãtur, atq; reliquarum duodecimæ domus rerum. Cum autem incidentia huius eclipſis in tenebras magna ſit, locusq; eius ſecundum medietatem orbis Saturni hoſtiliter infeſtetur, conſequitur antedictas ſignificationes graues & aſperas futuras. Idem quoq; de ſuperiori ſentiendum eſt. Quæ igitur prouinciæ ac ciuitates primo quadrangulo ſubiacent & ſigno Virginis, Poſtea qui homines ſub grad: 13. vel circitèr Arietis, libræ, Cancri aut Capricorni nati ſunt: ijs calamitates illæ portendi videntur.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1579. cuius tempore eclipſis Lunaris ſæuiet, quæ anno domini 1578. die 16. Septembris ſummo mane fiet.

DEcreta huius Eclipſis penè eadem ſunt, quæ in antecedenti. Nam locus eclipſis in nonam domum incidit, cuius regimen Marti attribuitur cum participatione Iouis. Sed quia õnino exigua pars corporis Lunaris obũbratur, fit vt ſignificationes eius valde tenues ac imbecilles ſint, vel prorſus irritæ fiant.

PRÆDICTIO ASTROLOGICA AD ANNVM domini 1580. cuius tempore eclipſis Lunæ ſæuiet, quæ anno domini eodem, die vero 31. Ianuarij fiet.

CVm hæc eclipſis in loco & ſigno regio accidat, denicq; cum penes Regulũ, ſtellam fixam regiam, magnitudinis primæ conſtituatur: veterum conſuetudinum abrogationes ac nouas legum promulgationes oſtendit, Magnati cuidam arduas occupationes faceſsit, Verendum eſt, ne vel ambitione aut auaritia ductus, vel fauentis fortunæ beneficio fretus, aliquid contra decorũ & æquitatem ſuſcipiat, vnde in perniciem ruere poſsit, Cui rei etiam occaſionem prębebunt religioſi aut legati, De iurisdictione ac proprietate bonorũ immobilium, theſauri, vel fodinarum metallicarum iurgia & rixæ ſuborientur. Breuiter vt dicam incõmoda portendi videntur in ſignificationibus decimæ, nonæ ac quartę domus, quæ ſingulæ ex ſuperiorum explicatione facilimè intelligentur & huc applicari poterunt. Veruntamen eæ quodammodo vehementes ac duræ apparebunt, referendęq; ſunt partim ad eas regiones & ciuitates, quæ ſecundo quadrangulo parent: partim vero ad eos homines, in quorum genituris aut reuolutionibus, Horoſcopus, Sol, Luna, Medium cœli, Pars Fortunæ ac reliqui planetæ, grad: 22. Leonis, Aquarij, Scorpionis vel Tauri poſſederit, exactè aut abſq; interuallo quinque graduum. Sequens eclipſis, quæ effectus ſuos exhibebit anno domini 1581. magnam cognationem cum hac habet, vt ex collatione vtriuſq; figurę cœleſtis euidenter patet. Proinde non abſurde ſignificationes eius ad illam retulerimus.

HVcuſq; prædictiones noſtras Aſtrologicas extendi. Nam tum ob aduerſam ualetudinem: tum uero arduos labores Ephemeridum impeditus ſum, quo minus illas ad conſtitutum numerum Eclipſium produxerim. Fortaßis Deo fauente alio tempore id commodius à me præſtari poterit.

INDEX

INDEX PRAECIPVARVM CIVITATVM EVROPAE, SECVNDVM ORdinem Alphabeticum digeſtus, in quo differentia ſingulorum meridianorum ab Auguſtano, ponitur, quæ ad tempus horarium accuratiſſimè reducta, atq; etiam motui Lunæ accommodata eſt.

	Tempus.			Motus Lunę.			Altitudo Poli.	
A.	H	m̃		G	m̃		G	m̃
Abachium Bauariæ	0	5	A	0	2	S	48	50
Abuſiacum Algeæ, vulgo Fueſſen.	0	1	S	0	0		47	32
Abuſina Bauariæ, Abenſperg.	0	4	A	0	2	S	48	40
Aicha Bauariæ.	0	1	A	0	0		48	29
Alba Regalis Vngariæ, vulgo Stulweiſſenburg.	0	32	A	0	16	S	46	48
Album caſtrum Tranſyluaniæ, vulgo Vveiſſenburg.	2	6	A	1	3	S	48	35
Almoiſa Hiſpaniæ.	1	35	S	0	47	A	44	45
Alsfeldia Haſſiæ.	0	9	S	0	4	A	51	0
Amberga Palatini ducatus:	0	2	A	0	1	S	49	26
Ambianum Picardiæ ducatus, vulgo Amiens.	0	47	S	0	23	A	49	49
Amſterodama Holandiæ	0	30	S	0	15	A	52	39
Ancona Italiæ.	0	32	A	0	16	S	43	42
Andegauia Galliæ, vulgo Angiers.	0	59	S	0	29	A	46	0
Andernachum.	0	20	S	0	10	A	50	25
Andex Bauariæ.	0	1	A	0	0		47	56
Anſpachium Franconiæ.	0	3	S	0	1	A	49	25
Antuerpia Brabantiæ.	0	33	S	0	16	A	51	28
Aquæburgum Bauariæ, vulgo Vvaſſerburg.	0	6	A	0	3	S	47	54
Aquileia Hiſtriæ.	0	19	A	0	9	S	45	12
Aquis Galliæ Narbonenſis, vulgo Aix.	0	16	S	0	8	A	43	40
Aquiſgranum Imperiale, vulgo Ach.	0	24	S	0	12	A	51	6
Arelate Narbonenſis Galliæ.	0	26	S	0	13	A	43	18
Argentina Imperialis.	0	16	S	0	8	A	48	45
Ariminum Italiæ. vulgo Rimino	0	26	A	0	13	S	43	50
Ariodunum Bauariæ, vulgo Erding.	0	4	A	0	2	S	48	10
Ariſtadium Turingiæ, vulgo Arnſtatt.	0	1	S	0	0		51	2
Arrhuſia Daniæ.	0	10	A	0	5	S	56	53
Auelburgum Marchiæ Brandenburgenſis.	0	5	A	0	2	S	53	15
Auenio Galliæ.	0	26	S	0	13	A	43	52

	Tempus.			Motus Lunę.			Altitudo Poli	
	H	m̃		G	m̃		G	m̃
Augusta Vindelicorum Imperialis.	0	0		0	0		48	15
Aurelia Galliæ, vulgo Orlientz.	0	52	S	0	26	A	47	13
Aychstadium Episcopale.	0	0		0	0		48	51
B.								
Badena Heluetiæ.	0	13	S	0	6	A	47	14
Badena Marchiæ.	0	13	S	0	6	A	48	44
Badoioz Hispaniæ.	1	33	S	0	46	A	39	0
Bamberga Franconiæ.	0	1	S	0	0		49	56
Barcino Hispaniæ, vulgo Barsalona.	0	46	S	0	23	A	41	35
Basilea Heluetiæ.	0	16	S	0	8	A	47	41
Budisinum Lusatiæ.	0	13	A	0	6	S	51	0
Bayona Galliæ.	0	46	S	0	23	A	44	40
Berlinum Marchiæ Brandenburgicæ.	0	12	A	0	6	S	52	51
Berna Heluetiæ.	0	17	S	0	8	A	46	25
Bibracum Sueuiæ.	0	4	S	0	2	A	48	4
Biburgum Daniæ, Biborg.	0	12	A	0	6	S	57	26
Bellogradum Vngariæ, vulgo kriechischweissenburg.	1	6	A	0	33	S	44	30
Bisontium Burgundiæ.	0	25	S	0	12	A	47	36
Bonna Iuliacensis ducatus.	0	20	S	0	10	A	50	47
Bononia Italiæ.	0	14	A	0	7	S	43	54
Bosphorus Franconiæ, vulgo Ochsenfurt.	0	5	S	0	2	A	49	49
Braga Portugalliæ.	1	30	S	0	45	A	43	40
Brandenburgum.	0	8	A	0	4	S	52	36
Bremis Saxoniæ.	0	13	S	0	6	A	53	40
Bretta Palatini ducatus.	0	10	S	0	5	A	49	5
Brisacum, Brisach.	0	17	S	0	8	A	48	6
Brixia Athesinæ.	0	6	A	0	3	S	46	6
Brugæ Flandriæ.	0	41	S	0	20	A	51	30
Brundunum Bauariæ, vulgo Braunaw.	0	10	A	0	5	S	48	10
Brundusium Italiæ.	0	56	A	0	28	S	39	40
Brunna Morauiæ.	0	22	A	0	11	S	49	8
Brunsuicum Saxoniæ.	0	2	S	0	1	A	52	34
Bruxella Brabantiæ.	0	33	S	0	16	A	51	4
Buba Italiæ.	0	52	A	0	26	S	41	40
Bucha Misniæ, Buech.	0	7	A	0	3	S	51	7
Buda Vngariæ.	0	37	A	0	18	S	47	0
Budoisa Bohemiæ.	0	15	A	0	7	S	49	0
Burdigala Galliæ, Burdeus.	0	42	S	0	21	A	45	30
Burghusium Bauariæ.	0	9	A	0	4	S	48	4
Burgos Hispaniæ.	1	12	S	0	36	A	42	48
Buscum ducis Brabantiæ, vulgo Thertogenbosch.	0	31	S	0	15	A	52	10

C.

	Tempus. H	m̃			Motus Lunæ. G	m̃			Altitudo Poli. G	m̃
Cæſarea Auguſta Hiſpaniæ, vulgo Saragoſſa.	0	59	S		0	29	A		41	45
Caletum portus Flandriæ, Regi Anglorum ſubditus.	0	50	S		0	25	A		51	44
Caminum Pomeraniæ.	0	26	A		0	13	S		54	12
Campena Holandiæ.	0	28	S		0	14	A		52	50
Campidonum Algeæ.	0	2	S		0	1	A		47	31
Cantuaria Angliæ.	0	54	S		0	27	A		52	8
Capha Tartariæ.	2	19	A		1	9	S		47	20
Capua Italiæ.	0	46	A		0	23	S		41	0
Carolobergomum Bauariæ, vulgo Karlſperg.	0	2	A		0	1	S		47	52
Caroloſtadium Franconiæ.	0	6	S		0	3	A		50	5
Carthago noua Hiſpaniæ.	0	50	S		0	25	A		38	0
Caſchouia Vngariæ.	0	48	A		0	24	S		48	20
Caſſilia Haſſiæ.	0	8	S		0	4	A		51	34
Cathalaunum Galliæ Belgicæ, vulgo Chaalon.	0	28	S		0	14	A		48	30
Cauffburna Algeæ.	0	4	S		0	2	A		47	45
Ceitza Miſniæ.	0	4	A		0	2	S		51	8
Chamum Palatini ducatus.	0	8	A		0	4	S		49	7
Chemnitza Miſniæ.	0	8	A		0	4	S		50	56
Cheriburgum Normandiæ.	0	56	S		0	28	A		50	0
Choldítza Miſniæ.	0	7	A		0	3	S		51	8
Chremſa Auſtriæ Ripenſis.	0	22	A		0	11	S		48	24
Clauſemburgum Tranſyluaniæ.	1	10	A		0	35	S		47	36
Cleuis.	0	26	S		0	13	A		52	0
Collis Bauariæ, vulgo Rain.	0	1	A		0	0			48	39
Colmaria Alſatiæ.	0	18	S		0	9	A		48	12
Colonia Agrippina.	0	20	S		0	10	A		51	0
Colomia Rutheniæ.	1	10	A		0	35	S		50	27
Compoſtella Hiſpaniæ.	1	33	S		0	46	A		44	13
Confluentia.	0	18	S		0	9	A		50	25
Conſtantia in confinibus Heluetiæ.	0	7	S		0	3	A		47	30
Conſtantinopolis Græciæ.	1	50	A		0	55	S		43	5
Coppenhagena Daniæ.	0	27	A		0	13	S		56	30
Corduba Hiſpaniæ.	1	26	S		0	43	A		37	50
Cracouia Poloniæ.	0	37	A		0	18	S		50	12
Creutznacum Lucemburgi ducatus.	0	16	S		0	8	A		50	2
Cubitus Herciniæ ſyluæ, vulgo Elenbogen.	0	7	A		0	3	S		50	8
Culmbachium Voitlandiæ.	0	2	A		0	1	S		50	8
Cumæ Italiæ.	0	43	A		0	21	S		41	30
Curia Rheticæ, vulgo Chur.	0	3	S		0	1	A		46	29
Curia Voytlandiæ, vulgo Hof.	0	4	A		0	2	S		50	20

D.

	Tempus.			Motus Lunæ.			Altitudo Poli.	
	H	m̃		G	m̃		G	m̃
Dantiſcum Pruſſiæ.	0	42	A	0	21	S	54	54
Deckendorphium Bauariæ.	0	9	A	0	4	S	48	47
Diethmangium Bauariæ.	0	9	A	0	4	S	47	56
Dietphurdium.	0	3	A	0	1	S	48	52
Digion Burgundiæ.	0	34	S	0	17	A	47	0
Dinckelſpihel Imperialis.	0	2	S	0	1	A	48	56
Dingolfinga Bauariæ.	0	7	A	0	3	S	48	27
Dioniſyopolis Bulgariæ.	1	43	A	0	51	S	45	15
Dobelium Miſniæ.	0	8	A	0	4	S	51	7
Dockena Phriſiæ.	0	24	S	0	12	A	53	42
Dordracum Holandiæ, vulgo Dordrecht.	0	34	S	0	17	A	52	16
Dreſda Miſniæ, vulgo Dreſen.	0	10	A	0	5	S	51	0
E.								
Eboracum Scotiæ.	0	42	S	0	21	A	57	0
Eckenfelda Bauariæ.	0	8	A	0	4	S	48	20
Egra Herciniæ ſyluæ.	0	5	A	0	2	S	50	5
Einbeca Saxoniæ.	0	4	S	0	2	A	52	6
Enſa Auſtriæ.	0	17	A	0	8	S	48	0
Erphordia Turingiæ.	0	0		0	0		51	10
Eſſinga Imperialis.	0	8	S	0	4	A	48	35
Etenburgum Scotiæ.	0	37	S	0	18	A	57	13
Eyſlebia Hartzæ.	0	3	A	0	1	S	51	46
F.								
Ferraria Italiæ.	0	15	A	0	7	S	44	23
Ferrea ciuitas in limitibus Hungariæ.	0	26	A	0	13	S	47	55
Finis terræ, Hiſpaniæ.	1	36	S	0	48	A	44	2
Flauiobriga Hiſpaniæ, vulgo Fontarrabie.	1	0	S	0	30	A	44	15
Flauiona Hiſpaniæ, vulgo Bilbao.	1	7	S	0	33	A	45	25
Flauona Illiriæ.	0	34	A	0	17	S	44	45
Flenſtzburgum Holſatiæ.	0	1	S	0	0		56	7
Florentia Italiæ.	0	20	A	0	10	S	43	4
Forum Iulium Hiſtriæ.	0	21	A	0	10	S	45	0
Foſſæ Marianæ Galliæ, vulgo Aygues mortes.	0	23	S	0	11	A	42	40
Francofordia ad Mœnum, Imperialis.	0	11	S	0	5	A	50	12
Francofordia ad Viadrum	0	16	A	0	8	S	52	33
Friburgum Briſgoiæ.	0	15	S	0	7	A	48	13
Friberga Miſniæ.	0	8	A	0	4	S	50	58
Friburgum Vchtlandiæ.	0	17	S	0	8	A	46	25
Fridbergum Bauariæ.	0	1	A	0	0		48	22
Fryſinga Bauariæ.	0	4	A	0	2	S	48	20

	Tempus.			Motus Lunę.			Altitudo Poli.	
	H	m̃		G	m̃		G	m̃
G.								
Gandauum Flandriæ.	0	37	S	0	18	A	51	14
Geldria.	0	24	S	0	12	A	51	42
Geneua Sabaudiæ.	0	19	S	0	9	A	44	50
Genua Italiæ.	0	1	S	0	0		43	50
Gerunda Hiſpaniæ, vulgo Girona.	0	43	S	0	21	A	42	12
Glogouia magna Sileſiæ.	0	18	A	0	9	S	51	31
Gniſna Poloniæ.	0	31	A	0	15	S	52	53
Golmona Pomeraniæ.	0	21	A	0	10	S	54	6
Gorlitzium Luſatiæ.	0	16	A	0	8	S	51	0
Granata Hiſpaniæ.	1	20	S	0	40	A	37	50
Grauedunum Bauariæ, Grauenaw.	0	10	A	0	5	S	48	57
Grecia Stiriæ.	0	24	A	0	12	S	46	50
Gripſeualdia Pomeraniæ.	0	14	A	0	7	S	54	18
Groninga Phriſiæ.	0	24	S	0	12	A	53	16
Grymma Miſniæ.	0	7	A	0	3	S	51	15
Guntzenhuſa.	0	3	S	0	1	A	49	18
Gurtzia Carinthiæ.	0	15	A	0	7	S	46	46
H.								
Hadrianopolis Bulgariæ.	1	34	A	0	47	S	42	45
Hagenoa Alſatiæ.	0	16	S	0	8	A	49	7
Halberſtadium Saxoniæ.	0	0		0	0		52	11
Hallis Oeni.	0	7	A	0	3	S	46	57
Hallis Saxoniæ.	0	5	A	0	2	S	51	41
Hamburgum Saxoniæ.	0	6	S	0	3	A	54	24
Hapſelia Liuoniæ.	1	29	A	0	44	S	60	40
Haſphordia Franconiæ.	0	2	S	0	1	A	50	12
Heidelberga Palatini ducatus.	0	11	S	0	5	A	49	35
Helpronna Imperialis.	0	9	S	0	4	A	49	10
Herbipolis Franconiæ.	0	6	S	0	3	A	49	58
Hertesburgum Saxoniæ.	0	9	A	0	4	S	51	42
Hohenvvarthia Bauariæ.	0	2	A	0	1	S	48	35
Hradetzium Bohemiæ patria mea, ſita ad Albim fluuium.	0	18	A	0	9	S	50	0
I.								
Iena Turingiæ.	0	2	A	0	1	S	51	8
Ingolſtadium Bauariæ.	0	2	A	0	1	S	48	42
Ipſa Auſtriæ Ripenſis.	0	21	A	0	10	S	48	6
Iſenachum Turingiæ.	0	3	S	0	1	A	51	6
Iuliacum.	0	23	S	0	11	A	51	8
Iuliobona portus Normandiæ, vulgo Houflen.	0	33	S	0	16	A	51	20
Iuliobriga Hiſpaniæ, vulgo Logronno.	1	5	S	0	32	A	44	0

	Tempus. H	m		Motus Lunę. G	m		Altitudo Poli. G	m
K.								
Kelhaimum Bauariæ.	0	4	A	0	2	S	48	46
Kitzingum Franconiæ.	0	4	S	0	2	A	49	53
L.								
Landauia Palatini ducatus.	0	13	S	0	6	A	49	16
Landeshuta Bauariæ.	0	5	A	0	2	S	48	19
Landruſcus Britanniæ ducatus.	1	14	S	0	37	A	49	58
Landſperga Bauariæ.	0	1	S	0	0		47	56
Landunum Bauariæ.	0	7	A	0	3	S	48	45
Lantzitza Poloniæ.	0	34	A	0	17	S	52	45
Lauginga Sueuiæ.	0	3	S	0	1	A	48	25
Lauſanna Sabaudiæ, vulgo Loſan.	0	18	S	0	9	A	46	13
Leitipontus in limitibus Vngariæ.	0	28	A	0	14	S	48	1
Leoburgum Rutheniæ.	0	59	A	0	29	S	50	33
Leoburgum Saxoniæ.	0	2	S	0	1	A	54	10
Leodiũ Iuliaci ducatus, vulgo Lũttich.	0	27	S	0	13	A	50	51
Lepni Galliæ.	0	35	S	0	17	A	45	18
Ledis Holandiæ.	0	31	S	0	15	A	52	44
Lincopia Suetiæ.	0	25	A	0	12	S	61	0
Lindauium Rhetiæ ad lacum Brigantinum.	0	3	S	0	1	A	47	15
Lintzium Danubianum.	0	16	A	0	8	S	48	4
Lipnitza Ruthenia.	0	50	A	0	25	S	49	45
Lipſia Miſniæ.	0	6	A	0	3	S	51	24
Lira Brabantiæ.	0	32	S	0	16	A	51	21
Londinum Angliæ.	1	1	S	0	30	A	52	30
Louanium Brabantiæ.	0	32	S	0	16	A	50	59
Lubecum Saxoniæ.	0	1	S	0	0		54	48
Lucerna Hèluetiæ.	0	10	S	0	5	A	46	34
Lugdunum Galliæ.	0	28	S	0	14	A	45	10
Lundis.	0	32	A	0	16	S	57	23
Luneburgum Saxoniæ.	0	3	S	0	1	A	54	0
Luphium Bauariæ, vulgo Lauffen.	0	10	A	0	5	S	47	47
Lutzenburgum.	0	12	S	0	6	A	50	0
Lyſibona Portugalliæ.	1	37	S	0	48	A	39	38
M.								
Machlinia Brabantiæ.	0	33	S	0	16	A	51	15
Machopha Maſouiæ.	0	59	A	0	29	S	52	4
Magdeburgum Saxoniæ.	0	4	A	0	2	S	52	20
Malaga Hiſpaniæ.	1	19	S	0	39	A	37	30
Mantua Italiæ.	0	8	A	0	4	S	44	30
Marpurgum Haſſiæ.	0	11	S	0	5	A	51	0
Mariæburgum Liuoniæ.	1	30	A	0	45	S	58	32
Mariæburgum Pruſſiæ.	0	45	A	0	22	S	54	43

	Tempus.			Motus Lunæ.			Altitudo Poli.	
	H	m̃		G	m̃		G	m̃
Marſilia Galliæ Narbonenſis.	0	16	S	0	8	A	43	6
Mediolanum Italiæ.	0	1	S	0	0		45	6
Melcha Auſtriæ Ripenſis.	0	22	A	0	11	S	48	5
Merſzburgum Miſniæ.	0	4	A	0	2	S	51	34
Mildeburgum Franconiæ.	0	8	S	0	4	A	49	44
Miſnia.	0	9	A	0	4	S	51	5
Moguntia Imperialis.	0	14	S	0	7	A	50	8
Monachum Bauariæ.	0	3	A	0	1	S	48	0
Monachum Herciniæ ſyluæ, vulgo Vvaldmunchen.	0	4	A	0	2	S	49	18
Monaſterium Vveſtphaliæ, vulgo Munſter.	0	17	S	0	8	A	52	0
Mons Peſſulanus Galliæ.	0	31	S	0	15	A	43	5
Mons Regalis Pruſſiæ.	0	51	A	0	25	S	54	17
Mons Regius Franconiæ.	0	2	S	0	1	A	50	16
Mons S. Annæ Miſniæ.	0	7	A	0	3	S	50	31
Montes Cutnarum Bohemiæ, vulgo kuttenberg.	0	17	A	0	8	S	49	52
Morepontus Stiriæ.	0	24	A	0	12	S	47	10
Moſzburgium Bauariæ.	0	4	A	0	2	S	48	19
Mutina Italiæ.	0	18	A	0	9	S	43	20
N.								
Nannetum Britanniæ ducatus, vulgo Nantes.	1	6	S	0	33	A	48	12
Narbona Galliæ.	0	37	S	0	18	A	43	0
Neagora Palatini ducatus, vulgo Neumarck.	0	2	A	0	1	S	49	16
Neapolis Auſtriæ.	0	25	A	0	12	S	47	54
Neapolis Italiæ.	0	42	A	0	21	S	40	0
Nemauſum Galliæ, vulgo Nymes.	0	29	A	0	14	S	43	30
Neoburgum Danubianum.	0	1	A	0	0		48	42
Neoburgum Turingiæ.	0	3	A	0	1	S	51	20
Neoſtadium Bauariæ.	0	4	A	0	2	S	48	41
Neumunſter Holſatiæ.	0	3	S	0	1	A	55	16
Nidroſia Noruegiæ.	0	30	S	0	15	A	60	50
Niſſa Sileſiæ.	0	26	A	0	13	S	50	30
Nola Italiæ.	0	47	A	0	23	S	40	45
Nordlinga Imperialis.	0	2	S	0	1	A	48	49
Norimberga Imperialis.	0	1	S	0	0		49	24
Northuſium Turingiæ.	0	1	S	0	0		41	43
Nortia Italiæ.	0	32	A	0	16	S	42	44
O.								
Oenipontus Tirolis.	0	6	A	0	3	S	46	55
Olmutza Moraviæ.	0	24	A	0	12	S	49	30

	Tempus.			Motus Lunæ.			Altitudo Poli.	
	H	m̃		G	m̃		G	m̃
Osnaburgum Vvestphaliæ.	0	17	S	0	8	A	52	30
Otinga Bauariæ.	0	8	A	0	4	S	48	8
Otinga Rhetiæ.	0	2	S	0	1	A	48	58
Oxonium Angliæ, Oxfort.	1	7	S	0	33	A	52	41
P.								
Padeburna Vvestphaliæ.	0	11	S	0	5	A	52	0
Padua Italiæ.	0	17	A	0	8	S	44	46
Pampilona Hispaniæ.	1	1	S	0	30	A	43	9
Papia Italiæ.	0	0		0	0		44	50
Parisij Galliæ.	0	45	S	0	22	A	47	55
Parma Italiæ.	0	14	A	0	7	S	43	30
Patauia ad Danubium, vulgo Passaw.	0	12	A	0	6	S	48	42
Penica Misniæ.	0	6	A	0	3	S	50	54
Perpennianum Hispaniæ.	0	40	S	0	20	A	42	40
Perusia Italiæ.	0	27	A	0	13	S	42	56
Petrichauia Poloniæ.	0	34	A	0	17	S	51	41
Petta Stiriæ.	0	23	A	0	11	S	46	7
Pfaffenhouia Bauariæ.	0	3	A	0	1	S	48	31
Phorcena Marchiæ Badenæ.	0	11	S	0	5	A	48	58
Phorus Palatini ducatus, vulgo Furdt.	0	8	A	0	4	S	49	12
Pictauium Galliæ, vulgo Poictiers.	0	43	S	0	21	A	48	20
Pilsna Bohemiæ.	0	10	A	0	5	S	50	0
Pisa Italiæ.	0	12	A	0	6	S	42	22
Pleuma Holsatiæ, vulgo Plone.	0	2	S	0	1	A	55	4
Pons Bohemiæ, vulgo Brux.	0	0		0	0		51	18
Posonium in limitibus Vngariæ, vulgo Bresburg.	0	30	A	0	15	S	48	8
Poznania Poloniæ.	0	27	A	0	13	S	52	44
Praga Bohemiæ.	0	14	A	0	7	S	50	6
Præneste Italiæ.	0	36	A	0	18	S	41	55
Putzbachium Hassiæ.	0	11	S	0	5	A	50	35
R.								
Raeba Vngariæ.	0	8	A	0	4	S	47	37
Ragusia Dalmatiæ.	1	1	A	0	30	S	42	20
Ratispona Imperialis.	0	5	A	0	2	S	48	56
Rauenna Italiæ.	0	18	A	0	9	S	44	2
Reba Irlandiæ.	1	27	S	0	43	A	57	20
Regium Iulij Calabriæ, vulgo Retzo.	0	45	A	0	22	S	38	15
Remis Galliæ.		38	S	0	19	A	48	45
Rettena Galliæ Belgicæ, vulgo Rethe.	0	24	S	0	12	A	49	0
Rhacanatum Italiæ.	0	32	A	0	16	S	43	22
Rhocella Brittaniæ ducatus, vulgo Rochelle.	1	7	S	0	33	A	47	23

	Tempus.			Motus Lunę.			Altitudo Poli.	
	H	m̃		G	m̃		G	m̃
Richembachum, cœnobium Palatini ducatus.	0	6	A	0	3	S	49	3
Riga Liuoniæ.	1	26	A	0	43	S	59	0
Ripis Daniæ, Ryp.	0	0		0	0		56	47
Rochlitium Miſniæ.	0	7	A	0	3	S	51	2
Roma.	0	32	A	0	16	S	41	40
Roſtochium Mechelburgẽſ ducatus, Roſtock.	0	7	A	0	3	S	54	36
Rothomagus Normandiæ, vulgo Roan.	0	51	S	0	25	A	49	0
Rotuilla apud nigram ſyluam.	0	11	S	0	5	A	48	16
Rubeſchopha Maſoulæ.	0	57	A	0	28	S	51	54
S.								
Sabaria Vngariæ.	0	29	A	0	14	S	47	47
Sæna Italiæ.	0	23	A	0	11	S	42	50
Sagana Luſatiæ.	0	14	A	0	7	S	51	30
Salamantica Hiſpaniæ.	1	23	S	0	41	A	40	15
Salernum Italiæ.	0	30	A	0	15	S	40	30
Salicetum Herciniæ ſyluæ, vulgo Vveyden.	0	4	A	0	2	S	49	40
Salisburgum Epiſcopale.	0	10	A	0	5	S	47	44
Saloniana Dalmatiæ.	1	6	A	0	33	S	43	20
Samarobriga Picardiæ ducatus.	0	25	S	0	12	A	52	10
Sambocca Rutheniæ.	0	57	A	0	28	S	49	4
S. Gallus Heluetiæ.	0	6	S	0	3	A	47	8
S. Ioachimi vallis, Herciniæ ſyluæ.	0	7	A	0	3	S	50	20
S. Sebaſtianus Hiſpaniæ.	0	52	S	0	26	A	45	5
S. Vitus Carinthiæ.	0	16	A	0	8	S	46	38
Sara Illyriæ.	0	37	A	0	18	S	44	11
Sarbruccum.	0	19	S	0	9	A	49	16
Sauona Italiæ.	0	3	S	0	1	A	43	30
Schafhuſa Heluetiæ.	0	14	S	0	7	A	47	28
Scherdinga Bauariæ.	0	12	A	0	6	S	48	30
Schiltorna Bulgariæ.	1	18	A	0	39	S	44	36
Schonga apud Alpes.	0	0		0	0		47	40
Scutara Dalmatiæ.	1	8	A	0	34	S	41	30
Segodumum Ruthenorum Galliæ, vulgo Rhodes.	0	40	S	0	20	A	45	15
Seleſtadium Alſatiæ, Schletſtat.	0	18	S	0	9	A	48	22
Sibilia Hiſpaniæ.	1	31	S	0	45	A	37	0
Sibinicum Dalmatiæ.	0	58	A	0	29	S	43	20
Singidunum Seruiæ.	1	8	A	0	34	S	44	30
Sittauia Luſatiæ.	0	14	A	0	7	S	50	52
Sleſzbigum Holſatiæ.	0	1	S	0	0		55	54
Sopronium in limitibus Vngariæ, vulgo Oedenburg.	0	27	A	0	13	S	47	54
Spira Imperialis.	0	12	S	0	6	A	49	20
Spoletum Italiæ.	0	32	A	0	16	S	42	45

	Tempus.			Motus Lunę.			Altitudo Poli.	
	H	m̃		G	m̃		G	m̃
Stargardia Pomeraniæ.	0	21	A	0	10	S	53	50
Stetinum Pomeraniæ.	0	19	A	0	9	S	54	0
Steyra Auſtriæ.	0	16	A	0	8	S	47	48
Stocholma Suetiæ.	0	56	A	0	28	S	60	30
Stridona Illiriæ.	0	55	A	0	27	S	43	20
Strubinga Bauariæ.	0	7	A	0	3	S	48	46
Stutgardia Vvirtembergẽſis ducatus.	0	8	S	0	4	A	48	47
Sueſſa Italiæ.	0	40	A	0	20	S	41	25
Suinphordia Franconiæ.	0	4	S	0	2	A	50	10
Sulmo Italiæ.	0	48	A	0	24	S	40	0
Sultzbachum Palatini ducatus.	0	2	A	0	1	S	49	35
Sundis Pomeraniæ.	0	11	A	0	5	S	54	30
Suollis Phriſiæ, Suuol.	0	25	S	0	12	A	52	47
Suſatum Vveſtphaliæ, vulgo Soeſt.	0	14	S	0	7	A	51	43
Syclaſium in limitibus Vngariæ.	0	26	A	0	13	S	47	51
T.								
Tarentum Italiæ.	0	51	A	0	25	S	39	45
Tarragona ſiue Tarraco Hiſpaniæ.	0	47	S	0	23	A	41	0
Taurinum Pedemontij.	0	8	A	0	4	S	43	40
Tergeſtum Hiſtriæ.	0	20	A	0	10	S	44	54
Teruiſium Italiæ.	0	16	A	0	8	S	45	0
Thama Phriſiæ, Tham.	0	22	S	0	11	A	53	22
Tigurum Heluetiæ.	0	8	S	0	4	A	46	48
Toletum Hiſpaniæ.	1	18	S	0	39	A	39	55
Toloſa Galliæ.	0	46	S	0	23	A	43	30
Torga Miſniæ.	0	8	A	0	4	S	51	30
Tornacum Flandriæ, Tornay.	0	13	S	0	6	A	51	40
Traba Eccleſia Liuoniæ.	1	30	A	0	45	S	59	55
Traiectum Holandiæ, vulgo Vtricht.	0	30	S	0	15	A	52	16
Treba Italiæ.	0	36	A	0	18	S	41	45
Trebetia Morauiæ, Trebitz.	0	20	A	0	10	S	49	26
Tridentum, in limitibus Italiæ.	0	8	A	0	4	S	45	18
Tropana Morauiæ, Troppaw.	0	23	A	0	11	S	50	6
Trutauia Franconiæ, vulgo Forchaim.	0	1	S	0	0		49	46
Tubinga Vvirtembergenſis ducatus.	0	8	S	0	4	A	48	38
Turonia Galliæ, vulgo Tours.	0	58	S	0	29	A	47	28
Tybur Italiæ.	0	33	A	0	16	S	42	0
V.								
Valenchenis Hannoniæ ducatus.	0	36	S	0	18	A	50	9
Valentia Galliæ.	0	22	S	0	11	A	44	30
Valeria nunc Concha Hiſpaniæ.	1	7	S	0	33	A	43	5
Vallis oletana Hiſpaniæ, vulgo Valladolit.	1	13	S	0	36	A	42	0
Varadinum Vngariæ.	1	0	A	0	30	S	48	3
Vberlinga.	0	7	S	0	3	A	47	43

	Tempus.			Motus Lunę.			Altitudo Poli.	
	H	m̃		G	m̃		G	m̃
Veldkirchium.	0	3	S	0	1	A	47	0
Venetiæ Italiæ.	0	16	A	0	8	S	44	50
Verona Italiæ.	0	11	A	0	5	S	44	50
Veſalia.	0	23	S	0	11	A	51	30
Vicentia Italiæ.	0	14	A	0	7	S	44	30
Vienna Auſtriæ.	0	26	A	0	13	S	48	22
Vienna Galliæ.	0	28	S	0	14	A	44	48
Vilda Lituaniæ.	1	26	A	0	43	S	54	30
Villachum Carinthiæ.	0	14	A	0	7	S	46	25
Villinga apud nigram ſyluam.	0	13	S	0	6	A	47	12
Vilſſouia Bauariæ.	0	10	A	0	5	S	48	42
Vinaria Turingiæ.	0	1	A	0	0		51	15
Viterbium Italiæ.	0	29	A	0	14	S	42	18
Vlma.	0	4	S	0	2	A	48	26
Voburgum Bauariæ.	0	3	A	0	1	S	48	42
Volaterra Italiæ.	0	20	A	0	10	S	42	40
Vpſalia Suetiæ.	0	45	A	0	22	S	61	5
Vratiſlauia Sileſiæ, Breſlaw.	0	24	A	0	12	S	51	10
Vyanna Hiſpaniæ.	1	5	S	0	32	A	43	0
Vveiſſenburgum Noricæ.	0	3	S	0	1	A	49	10
Vvelſachum Brandeburgenſis Marchiæ, Vvelſnach.	0	5	A	0	2	S	53	15
Vvendingum Bauariæ.	0	0		0	0		48	53
Vverdena Saxoniæ.	0	8	S	0	4	A	53	25
Vvittemberga Saxoniæ.	0	8	A	0	4	S	51	50
Vviſchegrada Maſouiæ.	0	51	A	0	25	S	52	4
Vvorcena Daniæ, Vorcken.	0	0		0	0		57	23
Vvormatia Imperialis.	0	13	S	0	6	A	49	44
Z.								
Zangerhuſa Hartzæ.	0	3	A	0	1	S	51	39
Zeurina Tranſyluaniæ	1	13	A	0	36	S	45	5
Znoima Morauiæ.	0	22	A	0	11	S	48	49
Cygnea Voitlandiæ, vulgo Zvvickaw	0	5	A	0	2	S	50	46

QVO PACTO II NVMERI, QVI IN INDICE ad tempus horarium ac motum Lunæ referuntur, vſurpari debeant.

SI ad alium quempiam locum, quàm ad Auguſtanæ ciuitatis Eclipſis ſciri deſideratur, Primo inquirenda eſt differentia meridiani eius loci, ſub columna, cui titulus præfigitur, Tempus, quæ quidem differentia addatur tempori Eclipſis, ad meridianum Auguſtanum ſupputato: Aut ſubtrahatur ab eodem, prout litera A vel S illi adiungitur. Sic nanq; tempus verum Eclipſis ad quemlibet locum propoſitum conflari poterit. Deinde iuxta differentiam iam inuentam, motus Lunæ accipiendus eſt, qui ſimiliter addatur motui Lunæ, ad meridianū Auguſtanum ſupputato: Aut ſubtrahatur ab eodem, prout litera A vel S illi adiungitur. Hoc pacto enim verus motus Lunæ tempori Eclipſis inſeruiens emerget: idq; ad quemuis locum propoſitum.

EXEMPLVM.

Anno dñi 1555. Die 5. Iunij, mane hora minoris horologij 3. min: 23. Fuit Eclipſis Lunæ, valde magna, punct: 21. min: 20. in grad: 22. min: 57. Sagittarij, propè caudam Draconis. Eius principium contigit hora minoris horologij 1. minut: 29. Finis hora 5. minut: 17. ſingulis ſupputatis ad meridianum Auguſtanum, ita ut ipſum quoq; in poſteriore parte huius operis fuſius deſcripſi. Volo igitur huius Eclipſis verum tempus cognoſcere ad meridianum ciuitatis Budę, quæ metropolis Vngariæ eſt, Et procedo hoc modo. Primum inquiro differentiam meridiani ciuitatis Budæ ab Auguſtano, ſub columa, cui titulus præfigitur, Tempus. Reperio autem ibidem min: 37. quæ addo tempori Eclipſis ad meridianum Auguſtanum ſupputato, cum ijs litera A adiungatur, Et prouenit tempus Eclipſis verum ad meridianum ciuitatis Budæ, hora minoris horologij 4. min: 0. Item principium eius, hora 2. minut: 6. Finis hora 5. min: 54. ſingulis relatis ad tempus matutinum diei 5. Iunij. Deinde iuxta minuta temporis, iam inuenta, deprehendo in motu Lunæ min: 18. quæ ſubtraho à motu Lunæ, ad meridianum Auguſtanum ſupputato, cum ijs litera S adiungatur, Et remanet motus Lunæ verus grad: 22. minut: 39. Sagittarij, tempori Eclipſis inſeruiens: idq; ad meridianum ciuitatis Budæ.

Eadem ratione medium huius Eclipſis ad meridianum Clauſemburgi ciuitatis Tranſyluaniæ colligo, hora minoris horologij 4. min: 33. Principium hora 2. min: 39. Finem hora 6. min: 27. ſingulis relatis ad tempus matutinum diei 5. Iunij. Motum autem Lunæ verum ad medium Eclipſis conſtituo grad: 22. minut: 22. Sagittarij.

Item medium huius Eclipſis ad meridianum Dantiſci, ciuitatis Pruſſiæ, eſt hora minoris horologij 4. min: 5. Principium hora 2. minut: 11. Finis hora 5. minut: 59. Motus Lunæ verus ad medium Eclipſis grad: 22. min: 36. Sagittarij.

Hæc

Hæc ſunt exempla eorum locorum, quæ reſpectu Auguſtæ orientaliora ſunt. Nunc etiam aliquot exempla ſubñciam pro ñs locis, quæ ab Auguſta verſus occidentem recedunt.

Volo ſuperioris Eclipſis verum tempus cognoſcere ad meridianum Argentinæ, Et procedo hoc modo. Primum inquiro differentiam meridiani Argentinenſis, ab Auguſtano, ſub columna, cui titulus præfigitur, Tempus. Reperio autem ibidem min: 16. quæ ſubtraho à tempore Eclipſis ad meridianum Auguſtanum ſupputato, cum ñs litera S adiungatur, Et remanet tempus eclipſis verum ad meridianum Argentinenſem, hora minoris horologñ 3. min: 7. Item principium eius hora 1. minut: 13. Finis hora 5. minut: 1. ſingulis relatis ad tempus matutinum diei 5. Iunñ. Deinde iuxta minuta temporis iam inuenta, deprehendo in motu Lunæ min: 8. quæ addo motui Lunæ ad meridianum Auguſtanum ſupputato, cum ñs litera A adiungatur, Et excreſcit motus Lunæ verus grad: 23. min: 5. Sagittarñ, tempori Eclipſis inſeruiens: idq; ad meridianum Argentinenſem.

Eadem ratione medium huius Eclipſis ad meridianum Pariſiorum ciuitatis Galliæ colligo, hora minoris horologñ 2. min: 38. Principium hora 12. min: 44. Finem hora: 4. minut: 32. ſingulis relatis ad tempus matutinum diei 5. Iunñ. Motum autem Lunæ ad medium Eclipſis conſtituo grad: 23. min: 19. Sagittarñ.

Item medium huius Eclipſis ad meridianum Perpenniani, ciuitatis Hiſpaniæ, eſt hora minoris horologñ 2. minut: 43. Principium hora 12. minut: 49. Finis hora 4. min: 37. Motus Lunæ verus ad medium eclipſis grad: 23. min: 17. Sagittarñ.

Quæ hactenus de tempore Eclipſium annotata ſunt, ea ſingula ad minus horologiũ retuli, tum quia vſus eius in Germania eſt creberrimus, tum quia etiam rationes illius cum Aſtronomica obſeruatione maiori ex parte conueniunt, id quod omnes huius artis periti optimè norunt. Qui igitur alio horologio quam dimidio vtuntur, ñ cogentur tempus minoris horologñ ad tempus maioris horologñ reducere, Quod cum facile factu ſit, atq; ab alñs autoribus paſſim fideliter tradatur, doctrinam eius longa verborum ſerie hîc perſequi nolui. Adieci tamen aliquot exempla, ut res eò dilucidior fieret.

Eclipſis Lunæ ſuperior ad meridianum Pragæ ciuitatis Bohemiæ, reperitur hora maioris horologñ 7. min: 33. Principium eius hora 5. min. 39. Finis hora 9. min: 27. ſingulis relatis ad tempus matutinum diei 5. Iunñ. Motus Lunæ ad medium Eclipſis habet grad: 22. minut: 50. Sagittarñ.

Eclipſis Solis anno domini 1567. ad meridianum Vratiſlauiæ ciuitatis Sileſiæ, reperitur hora maioris horologñ 17. minut: 35. Principium eius hora: 16. min: 32. Finis hora: 18. minut: 38. ſingulis relatis ad diem 9. Aprilis.

Vratiſlauienſium Horologium initium numerationis ſumit ab occaſu Solis, ſicut & Pragenſium.

Item medium huius Eclipſis ad meridianum Norimbergæ, ciuitatis Imperialis, reperitur hora maioris horologñ 6. min: 59. Principium eius hora 5. min: 56. Finis hora 8. minut: 2. ſingulis relatis ad diem 9. Aprilis.

Norimbergenſium horologium initium numerationis ſumit, interdiu quidem ab ortu: noctu vero ab occaſu Solis.

Motum Solis ad alios meridianos quàm ad Auguſtanũ adaptare, ut in motu Lunæ fit, opus non eſt, propter tarditatem motus eius, qui vix in dimidia hora errorem aliquem ſenſibilem inducere poteſt.

DE TEMPORE EFFECTVVM CVIVSVIS Eclipſis ad diuerſos meridianos reducendo.

TEmpus effectuum ſingularum Eclipſium, quod in poſteriori parte huius operis annotatum eſt, ad meridianũ duntaxat Auguſtæ Vindelicorũ refertur, Item reliquarum quoq; ciuitatum, quę ſub eodem meridiano conſtituuntur. Si ad alium quempiã meridianũ quàm ad Auguſtanæ ciuitatis effectus alicuius Eclipſis ſciri deſiderantur, hoc modo faciendum eſt. Cum differentia meridiani accepta ad locũ propoſitũ, colligantur dies ac horę ſub Eclipſi propoſita poſterioris partis huius operis. Quæ collectio aliquando ſimplici ratione, aliquando vero multiplici perficitur. Simplici quidem, cum differentia meridiani exactè inuenitur. Multiplici, cum ea exactè non inuenitur, ſed aut minor aut maior numero ſuæ proportionis eſt. Proinde in hoc negocio accipiendi ſunt primo dies ac horæ, reſpondentes differentiæ meridiani proximè minori quàm eſt propoſita. Quibus deinde alij dies & horæ adijciantur, qui videlicet reſiduæ differentiæ meridiani reſpondent, examinatis ſingulis eius partibus vſq; ad complementum numeri debiti. Eiuſmodi autem aggregatum dierum ac horarum ſubtrahendum eſt à principio & fine effectuum propoſitæ Eclipſis, ſupputato ad meridianum Auguſtanũ, ſi tempus differentię meridiani loci propoſiti habet in indice adiunctam literam S. Contrà, addendum, ſi literam A. Sic verum tempus effectuũ propoſitę Eclipſis ad propoſitum meridianum deprehendetur.

EXEMPLVM.

Eclipſis Lunæ, quæ ad annum domini 1555. diem 5. Iunij pertinet, effectus ſuos in meridiano Auguſtano producere incipiet die 3. Maij. Anno domini 1556. qui quidem effectus deſinent die 24. Auguſti, eodem anno domini, quemadmodum idipſum quoq; in poſteriori parte huius operis diligenter annotatum extat. Volo igitur cognoſcere effectus propoſitæ Eclipſis ad meridianum Boſphori ciuitatis Franconiæ, Et facio hoc pacto. Cum differentia meridiani accepta in indice ad Boſphorum, quæ eſt minut: 5. colligo ſub Eclipſi propoſita poſterioris partis huius operis, dies 3. horas 17. idq; ſimplici ratione, cum differentiam meridiani exactè inueniã. Eos dies 4. (nam horę illę 17. dant mihi vnum fermè diem) ſubtraho à principio & fine effectuum propoſitæ Eclipſis, ſupputato ad meridianum Auguſtanum, eò quod tempus differentiæ meridiani Boſphori acceptum in indice habeat adiunctam literam S. Effectus igitur propoſitæ Eclipſis Lunaris initium ſument in meridiano Boſphori ciuitatis Franconiæ

coniæ die 29. Aprilis, anno domini 1556. ſortienturq́ exitum die 20. Auguſti eiuſdem anni domini.

Eadem ratione effectus propoſitæ eclipſis Lunaris ad meridianum Poſonij ciuitatis Pannoniæ conſtare poſſunt, quorum effectuum principium deprehendo die 25. Maij anno domini 1556. Finem die 15. Septembris eiuſdem anni domini. Tempus enim differentiæ meridiani Poſonij obtinet in indice minut: 30. quibus exactè ſub propoſita eclipſi poſterioris partis operis reſpondent, dies 22. horæ 6. cumq́ ei differentiæ meridiani litera A. apponatur, addo eos dies principio & fini effectuum propoſitæ eclipſis, ſupputato ad meridianum Auguſtanum. Sed horas accedentes illis diebus prorſus abijcio, quoniam ad rem nihil faciunt. Sic antedictum tempus effectuum eclipſis elicitur.

Item volo propoſitæ eclipſis Lunaris effectus cognoſcere ad meridianum Vpſaliæ ciuitatis Suetiæ, Et facio hoc pacto. Cum differentia meridiani accepta in indice ad Vpſaliam, quæ eſt minut: 45. inquiro ſub eclipſi propoſita poſterioris partis operis, dies & horas reſpondentes ei differentiæ. Sed quoniam eam differentiam exactè ibi non reperio, Primo proxime minorem ſumo, quàm eſt propoſita, videlicet minut: 30. quibus reſpondent dies 22. horæ 6. Deinde reſiduum illius differentiæ ſumo, nimirum minut: 15. quibus reſpondent dies 11. horæ 3. Hæc ſuperioribus coniungo, & excreſcunt in vniuerſum dies 33. horę 9. Hoc aggregatum dierum addo principio ac fini effectuum propoſitæ eclipſis, ſupputato ad meridianum Auguſtanum, eò quod tempus differentiæ meridiani Vpſalię acceptum in indice habeat adiunctam literam A. Effectus igitur propoſitæ eclipſis Lunaris initium ſument in meridiano Vpſaliæ ciuitatis Suetiæ, die 5. Iunij, anno domini 1556. ſortienturq́ exitum die 26. Septembris eiuſdem anni domini.

Eadem ratione effectus propoſitę eclipſis Lunaris ad meridianū Toleti ciuitatis Hiſpaniæ conſtare poſſunt, quorum effectuū principiū deprehendo die 7. Martij anno domini 1556. Finem die 28. Iunij eiuſdem anni domini. Nam tempus differentiæ meridiani Toleti obtinet in indice horam 1. minut: 18. Cui ſummatim reſpondent dies 57. horæ 21. idq́ adhibita multiplici ratione. Primo enim 1. horæ differentiæ meridiani ſub eclipſi propoſita poſterioris partis operis reſpondent dies 44. horæ 12. Deinde minut: 15. reſpondent dies 11. horæ 3. Vltimo minut: 3. reſpondent dies 2. horæ 6. triplicato videlicet numero horarum, qui vnitati reſpondet. Hora autem 1. minut: 15 & 3. conſtituunt in vniuerſum horam 1. minut: 18. quæ ſunt differentia meridiani Toleti Hiſpaniæ ab Auguſta Vindelicorum. Vnde antedictum tempus effectuū conflatur, Verum tamen per ſubtractionem eorum dierū, qui ei differentiæ meridiani reſpondent, à diebus principij & finis effectuum eclipſis, extantibus in poſteriori parte operis, cum tempori illius differentiæ meridiani in indice litera S. adijciatur.

Sic quoq́ effectus propoſitæ eclipſis Lunaris ad meridianum Pictauij, ciuitatis Gallię conſtare poſſunt, quorum principiū deprehendo die 2. Aprilis anno domini 1556. Finem die 24. Iulij eiuſdem anni domini. Nam tempus differentiæ meridiani Pictauij obtinet in indice min: 43. Cui ſummatim reſpondent

dies 31. horæ 22. idq; adhibita multiplici ratione: Primo enim 30. minutis differentiæ meridiani sub eclipsi proposita posterioris partis operis respondent dies 22. horæ 6. Deinde min: 10. respondent dies 7. horæ 10. duplicato scilicet numero dierum ac horarũ, qui 5. min. differentię meridiani respondet. (Nam bis 5. efficiunt per multiplicationem 10.) Vltimo min: 3. respondent dies 2. horæ 6. triplicato nimirũ numero horarum, qui vnitati respondet. Semel enim tria reddunt per multiplicationem tria. Minuta autem 30. item 10. & 3. constituunt in vniuersum min: 43. quæ sunt tempus differentiæ meridiani Pictauŋ ciuitatis Galliæ ab Augusta Vindelicorum. Vnde antedicti effectus eclipsis extrahuntur, Verunta men per subtractionem eorum dierum, qui ei differentię meridiani respondent, à diebus principiŋ & finis effectuum eclipsis, extantibus in posteriori parte operis, cum tempori illius differentiæ meridiani in indice litera S. adiŋciatur.

Lipsia Misnię habet in indice adiecta minuta temporis 6. literamq; A, cui differentiæ meridiani sub eclipsi proposita, respondent summatim dies 4. horæ 11. idq; duplici operatione. Eos dies cum coniungo principio ac fini effectuum eclipsis in posteriori parte operis annotato, prouenit tempus effectuum eclipsis ad meridianum ciuitatis Lipsię, cuius temporis initium constat die 7. Maŋ anno domini 1556. Finis die 28. Augusti eiusdem anni domini.

CAVTIO.

OBseruandum porrò, quod cuiusuis eclipsis effectus, in posteriori parte operis annotati, ab ipso medio eclipsis originem sumant, nimirum quando id supra Horizontem Augustanũ cõstituitur. Quarũ igitur eclipsium medium sub Horizõte Augustano ortiuo locatur, & tamẽ finis cerni potest, earũ effectus posui eo ipso die, quo huiusmodi eclipses fiunt. Sed quarum eclipsium *medium* sub Horizonte Augustano occiduo cõstituitur, & tamẽ principiũ videri potest, earum effectus posui post integrum annum elapsum, à die huiusmodi eclipsis. Eodem quoq; pacto aliŋ incolæ Europæ effectus eclipsium ratiocinari debent, qui videlicet sub Horizonte suo ortiuo vel occiduo ipsum medium eclipsis habent, & tamen finem aut principium cernere possunt.

EXEMPLI GRATIA.

In eclipsi Lunari, quæ ad annũ domini 1569. diem 2. Martiŋ refertur, medium sub Horizonte occiduo locatur, apud eos, qui Bellogradi ciuitate Vngariæ degunt, veruntamen principio eclipsis supra terram constituto. Quare ibi effectus propositę eclipsis post integrum annum completum initiũ sument, hoc est die 3. Martiŋ, anno domini 1570. sortienturq; exitũ die 14. Iuniŋ, eiusdem anni domini. Nec obstat id, quod apud Augustanos effectus 23. diebus citius inchoent ac desinant, cum medium ab Horizonte eorum occiduo 46. minutis temporis supra terram constituatur.

Item in eclipsi Lunari, quæ ad annũ domini 1566. diem 28. Octobris refertur, medium sub Horizonte ortiuo locatur, apud eos, qui Rothomagi, ciuitate Normandię degunt, Veruntamen fine eclipsis supra terram constituto. Quapropter ibi effectus ꝓpositæ eclipsis initiũ sument eo ipso die, quo huiusmodi eclipsis fit, hoc est

hoc eſt die 28. Octobris eodem anno domini 1566. ſortientur q; exitum die 15. Februarij anni domini 1567. Nec obſtat id, quòd apud Auguſtanos effectus 16. diebus ſerius inchoent ac deſinant, cum medium ab Horizonte eorum ortiuo 38. minutis temporis ſupra terram conſtituatur.

Quemadmodum in meridiano Auguſtano medium alicuius Eclipſis ſupra Horizontem locatur, in alio vero meridiano ſub terra: Ita contrario modo fit, ut medium alicuius eclipſis in meridiano Auguſtano ſub Horizonte conſtituatur, in alio vero meridiano ſupra terram. Quare ſemper ad medium eclipſis reſpicien dum eſt, & ſecundum diſtantiam eius ſupra terram ab Horizonte, dies initij effectuum eliciendi, deinde etiam durationis. Quod ex ſequenti doctrina clarius patebit.

DOCTRINA DE SVPPVTANDIS
Eclipſium effectibus.

QVum eclipſis aliqua Luminarium contigit, & ſcire volueris, quando ea effectus ſuos producere incipiet, ingredere cum vero loco Solis eius eclipſis tabulam quantitatis dierum, quærendo ſignum in ſuperiori vel inferiori parte, Quod vbi ſuperius inueneris, gradus eius in linea collaterali ſiniſtra per deſcenſum ſumito: vbi vero inferius, in linea collaterali dextra, per aſcenſum, E' quorum regione verſus dextram aut ſiniſtram, ſub columna, cui numerus altitudinis poli propoſiti præponitur, tempus ſemidiurnum vel ſeminocturnum deprehendes. Semidiurnum quidem, ſi ſigno vocabulum occaſus adijcitur: ſeminocturnum, ſi ortus. Quando ſigno vocabulum occaſus adijcitur, & ortum habere volueris, ſubtrahito horas ac minuta occaſus à 12. horis, & relinquetur ortus. Contra, quando ſigno vocabulum ortus adijcitur, & occaſum habere volueris, ſubtrahito horas ac minuta ortus à 12. horis, & remanebit occaſus. Meminneris tantum cum gradibus Solis & altitudinis poli propoſitæ quæpiam minuta adhæſerint, partem proportionalem de differentia anguli communis ac ſequentis, item collateralis, accipiendam eſſe, quemadmodum hoc diuerſis in locis, potiſſimum vero in tabulis directionum Regiomontani ſatis copioſe & perſpicue tradidi. Id tempus ſemidiurnum aut ſeminocturnum ſi duplaueris, tempus integrum diurnum vel nocturnum conflabis. Sed in eclipſi Solari tempore integro diurno opus erit: in Lunari, nocturno, Quo habito, vide quot horæ ac minuta ab ortu aut occaſu vſq; in horam eclipſis ſint, Ab ortu quidem in eclipſi Solis: ab occaſu vero in eclipſi Lunæ. Sic regulam porportionum, quam vulgo de Tri vocant, conſtitues. Tempus enim diurnum vel nocturnum integrum pro numero primo in ordine pones. Interuallum temporis quod eſt inter ortum aut occaſum & inter medium eclipſis, pro numero tertio. Numerus ſecundus ſemper dies 365. obtinebit. Ratione horum trium numerorum quod prouenerit, dies erunt, qui à die eclipſis numerati, inicium effectuum eclipſis oſtendent.

Si inter ortum vel occaſum & inter eclipſim nullum penitus interuallum temporis excreuerit, eclipſis eo ipſo momento, quo fit, effectus ſuos exhibere incipiet. Hinc etiam facile colligi poteſt, quo maius id interuallum temporis fuerit, eo tardius eclipſim effectus ſuos exhibituram. Contrà, quò minus, eo citius.

Duratio autem effectus eclipſis hoc modo deprehenditur. Vide quantum tempus ſit integrę durationis eclipſis, quod vbi cognoueris, ſumito pro qualibet hora durationis in eclipſi Solari vnum annū: in Lunari, vnum menſem. Numerū dierum minutis horarū reſpondentē facilè, adhibita parte ꝓportionali, reſciſces.

EXEMPLA SEQVENTIA HIS præceptis lucem afferunt.

ANno domini 1556. die 2. Nouembris, mane, hora minoris horologij 7. minut: 36. ſub altitudine poli Clauſenburgenſi, quæ eſt grad: 47. min: 36. continget eclipſis Solis punct: 9. minut: 1. in grad: 19. min: 55. Scorpij, cuius integra duratio à principio vſq; ad finem horarum 2. minut: 18. erit. Inquiſiturus ergo tempus, quo effectus ſuos exhibere incipiet, hoc modo procedo. Ingredior tabulam quantitatis dierum cum vero loco Solis, qui eſt in grad: 19. min: 55. Scorpionis. Huius veri loci Solis ſignum cum ſuperius offendā, gradus eius in linea collaterali ſiniſtra per deſcenſum ſumo, è quorum regione verſus dextram ſub columna grad: 47. qui ſunt numerus altitudinis poli ciuitatis Clauſenburgi, deprehendo tempus ſeminocturnū horarum 7. min: 19. Nam ſigno Solis vocabulū ortus apponitur. Quoniam autem gradibus loci Solis & altitudinis poli ciuitatis Clauſenburgi minuta adhærent, primo confero angulum cōmunem iam deprehenſi temporis ſeminocturni ad angulum ſequentē inferiorem, qui eſt horarū 7. min: 21. De horum duorum angulorū differentia, quæ eſt min: 2. partem proportionalem accipio ſecundum proportionem minutorū, circa gradus loci Solis repertorum, quæ ſunt 55. ad 60. minuta, & proueniunt min: 2. ferè, addenda angulo cōmuni, propterea quòd is angulo ſequente inferiore minor eſt, Sic excreſcit tempus ſeminocturnum verum horarum 7. min: 21. reſpondens gradibus ac minutis loci Solis. Deinde confero angulum cōmunem antè deprehenſi temporis ſeminocturni ad angulum collateralem verſus dextram, qui eſt horarū 7. min: 22. De horum duorum angulorū differentia, quæ eſt min: 3. accipio partē proportionalem ſecundum proportionem minutorum, circa gradus altitudinis poli ciuitatis Clauſenburgi repertorū, quę ſunt 36. ad 60. minuta, & proueniunt min: 2. addenda tempori ſeminocturno, reſpondēti gradibus ac minutis loci Solis, quod ſuperius inuentum eſt horarū 7. min: 21. Sic demū tempus ſeminocturnum verum horarum 7. min: 23. conflo, quod exactè gradibus ac minutis loci Solis altitudinisq; poli ciuitatis Clauſenburgi reſpondet. Hoc tempus ſeminocturnū verū, denotat etiam ortum verum Solis, cuius quantitatem cum à 12. horis ſubtraho, remanent horæ 4. min: 37. qui numerus horarum ac minutorū occaſum Solis & tempus ſemidiurnum verū oſtendit. Id tempus ſemidiurnū duplico, & emergunt horę 9. minut: 14.

minut:14.qui numerus horarum ac minutorũ,tempus diurnum integrũ repræsentat,quo mihi ad eclipsim Solarẽ opus est.Habito eo tempore diurno integro, video quot horę & minuta sint ab ortu Solis,vsq; in eclipsim Solis propositam. Ortus verus Solis superius inuentus,est horarũ 7.min:23.Eclipsis Solis proposita horarum 7.min:36.Interuallum autem temporis,quod est inter ortum Solis & eclipsim Solis propositã,consurgit per subtractionẽ alterius ab altero, minoris videlicet numeri à maiore,hor:0.min:13.Ita regulam proportionũ constituo. Tempus quidem diurnum integrum pro numero primo pono. Interuallum temporis, quod inter ortum Solis & eclipsim Solis propositam est, pro tertio numero. Dies 365. pro numero secundo. Hic enim semper inuariabilis manet. Quæ omnia hoc ordine stabunt.

Hor:9.minut:14. dant 365. dies, quid dabunt minut:13.

Ratione horum trium numerorũ proueniunt dies 8. quos cum à die eclipsis, nempe die 2.Nouembris antrorsum numero,perducor ad diem 10.Nouembris anni domini 1556.quo eclipsim Solis propositam effectus suos inchoaturam esse pronuncio:idq; sub altitudine poli ciuitatis Clausenburgi. Durationem autem effectuum eclipsis Solis propositę hoc pacto deprehendo. Considero quantum tempus sit integræ durationis,& reperio id ex superiori annotatione horarum 2. mi:18.esse.Sumo igitur pro his duabus horis duos annos,deinde pro minutis 18. dies 109.idq; adhibita regula proportionum,nimirum cum pro numero primo horam vnam,hoc est min:60. pono. Pro numero secundo dies 365.Pro numero tertio minuta proposita 18. Eo etenim modo anni duo & dies 109.conflantur,qui exactè horis propositis 2.ac min:18.durationis respondent, quibus etiã durationem effectuum determino.Eos duos annos vbi à die initij effectuũ, scilicet à 10. Nouembris antrorsum numero,perducor ad diẽ 26.Februarij anni domini 1559 quo eclipsim Solis propositam effectus suos finituram esse statuo. His omnibus præmissis, tandem concludo,eclipsim Solis propositam effectus suos Clausenburgi,ciuitate Transsiluanię inchoaturam die 10 Nouembris anno domini 1557. atq; eosdem finituram esse die 26. Februarij,anno domini 1559. Nec obstat id, quòd effectus incipiant apud Augustanos eo ipso die,quo huiusmodi eclipsis fit,cum medium sub Horizonte eorum ortiuo locetur.

ALIVD EXEMPLVM.

ANno domini 1581.die 16.Iulij,mane,hora minoris horologij 4.minut:31.sub altitudine poli Andegauiensi,quæ est,grad:46.minut:0.continget eclipsis Lunæ integra punct:13¼.ferè in grad:2.minut:12.Aquarij,cuius integra duratio horarum 3.minut:28.erit.Inquisiturus ergo tempus,quo effectus suos exhibere incipiet,hoc modo procedo.Ingredior tabulam quantitatis dierũ cum vero loco Solis eius eclipsis,qui est in grad:2.minut:43.ferè Leonis.Huius veri loci Solis signum cum inferius inueniam,gradus eius in linea collaterali dextra per ascensum sumo, è quorum regione versus siniſtram sub columna grad:46. qui sunt numerus altitudinis poli Andegauiæ ciuitatis Galliæ, deprehendo

tempus

